



Laurentii Vallae Elegantiarum adeps

<https://hdl.handle.net/1874/423199>



LAVREN

TII VALLAE ELEGANTIA-
rum adeps, ex eius de lingua Latina
libris per Bonum Accursum
Pisanum studiosissime
collectus.



ARGENTORATI.

Anno 1529.



BONVS ACCVRSIUS PISANVS

Salutem dicit plurimam magnifico equi
ti aurato, & sapientissimo ac pri
mo ducali secretario Cic
cho Simonet.æ.

FExcerpsi magnifice eques aurate, ac uirorū sa
pientiſ. & optime ex libris elegantiarum uiri
doctissime ac disertissime eruditij Laurentij Vallē, q
mihi uisa sunt pulchriora, ac magis accōmodata ad
communem scribendi ac dicēndi uisum. Quæ idcirco
ad te dedi; Quod ea putarē liberis tuis perutilia for
re. Nam si securus existimassem, nequaquam hoc mune
ris suscepissem. Hunc autem laborem meum idcirco
tibi uir præstantissime Cicche Simoneta dedicāui, ut
vua autoritate atq; tuo beneficio tanta hæc utilitas
in cæteros perueniret. Non enim parum fructus ex
hoc mco studio ad cæteros emanabit, cum ad omnem
dicendi materiam ac uim ex huiusmodi, ut ita dixeo
rim, flosculis exempla sint profectura. Interea uero
temporis, ut intelligas nihil mihi cōtingere posse gra
tius, quam omnibus in rebus morem gerere tuæ libe
ralissimæ uoluntati, iube aliquid rogo, si quid
uides à me tibi præstari posse iucundius.
Vale mi clariſ. Mecōnas, o
præfidium & dulce decus
meum.

LAVRENTII VALLAE VIRI CLA
riſimi elegantie ad brcue quoddam, ac peru
tile redacte compendium.

Et primum de nominibus in osus.



Omina in osus, quæ descendunt à
uerbis, partim actione, partim paſ
ſione, partim utrung; significat.
Studiosus, fastidiosus, stomachoſ
sus, inuirosus, contumeliosus, ci
riosus semper actiue, ut T. In eis
etos stomachosus. Odiosus, iuidiosus, ab inuidio, ſem
per paſſiu. Cic. in Cato. maiore, Ut infirmocorpori
odiosa eſt ois offendio. Quid. venuſ odiosa mihi. For
midolousus, operosus, laboriosus utroq; modo. Inuid
osus ab inuidia ſideſt, malevolētia, actiue ſemper. Vo
luptuosus homo qui accipit uoluptatē, res uoluptuoſa quæ præbet. Religiosus hō, qui deos colit, locus re
ligiosus, q; colitur, nā religio dūo significat, tum ip
ſam sanctimoniam et deorū maiestatem, unde dicitur
deorū religio, tū illā quā habent in deos hoīes pietatē
et reverentiā, à qua hoīes religiosi uocātur. Præ
terea glorioſus, famosus, et imperiosus nōmibile ip
ſa à ceteris differunt, nā licet legamus glorioſam uel
gloriā. i. plenā gloriā. Et apud Iuuenalem. Famosos
equitum cum dictatore magistros, et imperiosos po
pulos, id eſt, latū i periu possidētes, tamē dicimus ita
glorioſum hoīem, i. affectatorē gloriā, ut uiuofum

4 FARRAGO ELEGANTIARVM

cupidum uini, & mulierosum, id est, nimis appetente mulierum, et gloriōsus miles, id est, nimis affectator gloriae. Imperiosus q̄ acrior est in iperio exercēdo. Quæstuosus & sumptuosus, quanq; à nomine uenit, significant tamē actionē, est enim homo audior quæstus & lucri & sumptus. Ab industria autē nō habemus industriosis, sed industrius, nec à uirtute uirtuosum, more græcorū, sed loco ipsius dicimus bonū & studiosum. Famosus capitur pro if ami & turpi. Morosus non à mora, sed à more uenit, & dicitur morosus à nimia diligentia & sæueritate, ut curiosus à nimia cura.

De diminutiis in ulus.

Nomina quæ habent uocē diminutiōrū, si nō recte formantur, non sunt diminutiua, ut umbraculum, tabernaculū, id est, grandis locus, cubicū, id est locus ubi cubile est.

Diminutiua in aster, imitationē potius significant, quā diminutionē, ut filiaster quasi filius, philosophaster quasi philosophus. seu adumbratus philosophus, siue imitator philosophorum.

De comparatiis.

Comparatiis, ut ait Quintil. aliquando ponitur pro suo positivo, ut senior pro senex, triplior pro tristis. Inter Cōparatiū & superlatiuū hec est differētia, quia cōparatiis refertur ad unū Superlatiuus uero ad plura. Itaq; solemus illi accommodare uter, huic, quis, ut apud Quintilianum

in. 3. Institut. Ita nō tantum utrum sit melius, sed qđ
sit optimū queritur. Et Cice. ad Heren. li. 4. cū quæ
rere uidetur orator, utrū potius, aut quid potissimū
dicamus. Itē Cōparatius semper est iter duo. Super
latiuus est inter plura, quomodo apud græcos, uelut
ti si in duas partes ciuitas sit diuisa, ut bello Cæsari
et Pōpeij, recte dicas, Maior pars Quiritū sequeba
tur Pompeiū, minor Cæsarē, nō aut maxima aut mi
nima. Si in tres aut plures partes diuisa est, dicendū
est, Maxia pars Quiritum, non autem maior.

De quisq; cum superlatiuo. De omnis cum positi
tuo, et aliquando cum superlatiuo.

Superlatiuus asciscit sibi quisq;, et positiuus oīs
bonis et cunctis. Exemplū, ut optimus quisq;, et oīs
bonus et cunctus. Sapientissimi quiq;, et oīs et cun
cti sapientes, Excipiūtur illa quæ carēt superlatiuis,
ut secūdus, tertius, quartus, quintus et deinceps, nam
primi et ultimi superlatiui sunt quādo numerū sig
nificant, exemplū, Prō quoq; die Cice. ad Herenni
um, Quinto quoq; loco, signū adponi placet, quinto
quoq; anno, de morib. nostris iudicaretur, quod ine
ruditi dicere solent, omni quinto āno. Idē est iudiciū
de singulus et unus, et de singularis, ut unusquisq;
et singularis quisq;. Et nota, q; singularis nō habet
singularissimus. Idē intelligitur si superlatiuus in a
lio casu ponatur, quā illud quisq;, ut ualētissimi qſq;
corporis, lōge abest à sapientia. Excipiūtur à supra

FARRAGO ELEG.

Dicitis illa, quæ carent superlativo, quæ habet i uel uante us, ut pius strenuus. Sal. Strenuus quisq; aut cesserat in prælio, aut grauiter uulneratus discesserat, sed ego mallè dicere strenuissimus. De quotus

Q Votus Interrogative positū, (cum quisq; iungitur similiter cū quisq;, & tunc significat quot, ut quotus quisq;. Et nota q; quisq; raro habet genitiūm pluralē duntaxat cū adiectuo iunctum, ideoq; optimur genitivo singulari pro plurali. Idem est enim optimi cuiusq;, quod omnium bonorum animus:

De unusquisq;, quod nō patitur superlatiuum.

VNUSquisq; quamvis sit compositum de quisq; non patitur superlatiuū, itē cum his dictiōni bus, ut & ita, solet duplicari superlatiuus, siue sit nō mē siue aduerbiū. Cic. Ut quisq; animi magnitudie excellit, ita maxie uult p̄cip̄s oīum uel solus esse. De tātum et tāto similibusq; quō iūgātur gradibus.

Emagis, id est, tanto magis, quo magis, id est, quanto magis, tanto & quanto postulat compāratiuos & singulos, ut Cic. Quanto es maior, tanto tegeras submissius. Non autem bene diceretur, quātū es maior tantum, et ceter. Dixi singulos, quia nō bene diceretur, Quanto magis mala premūt, hic ad malefaciendū animatur, addendum est alterum magis sic, tanto magis animatur. Tantū & quantū postulat positiuos, ut quantum frequenter impellitur, tantū firmiter roboratur. Tanto & quanto aliquādo etiā iunguntur similiter cū ante & post, ut tanto

LAVRENTII VAL.

Atque uenis, quanto post uenisti. Idem iudicium est de aliquato & similibus. Itē illae præpositioes siue aduerbia atque & post, & illud nomen alius cū suo aduerbio aliter & secus, quod eiusdem significatiois est, requirunt multo & parvo. unde dicendum est multo ante. Quin. At quanto alius fuit. Teren. Verum aliter eueniare multo intelligit. Et Ci. Multo secus euenit. De per &

Secundum usum oratorum per quam cum gradibus, & quam in compositione pro ualde accipiuntur, sed alterum positui, alterum superlatui uim habet, ut per pulche, perbelle, per diligenter, & pulcherrime, quam optime, quam diligentissime, & tunc quam uno uerbo contentus est, tamē quam pro quantum nunquam cunctis superlativo, semper cum positivo, & tunc requirit duo uerba, ut Cic. Quam sunt morosi qui amat ex hoc poteris intelligere. Excipiuntur duo uerba, scilicet possum & queo, et si qua sunt his similia, ut ualeo, ut scribas, quam optime potes. Et apud Teren. Et te redimas quam queas minimo, quod non bene diceretur in alijs uerbis. Non enim recte diceretur, Scio quam optime scribis, sed scio quam bene scribis. Ex his colligitur ubi ponitur quam pro quantum, ibi ponit possetatum cum latino. Quam trifariam ordinatur.

I. Tē quam tripliciter ordinatur, uno modo pro ualde, scilicet, quando cōponitur, & tunc iungitur cum superlativo. Alio modo pro quantum, et semper iungitur cum positivo. Tertio modo cōparative, ut hic tam optimus est, quam nobilissimus.

FARRAGO ELEGAN.

Superlatiuo iuncto cum quam genitiuus
aut ablatiuus ei assuetus.

Item nota q̄ superlatiuo iuncto cū quā pro ualde,
nō attribuitur genitiuus aut ablatiuus sibi assue-
tus. Tā et q̄, quando capiuntur pro tantū et quantū,
frequentius iunguntur cū superlatiuo, q̄ cū positiuo.
Salustius, Quām quisq; pessime fecit, tā maxie tutus
est. Quādo ponuntur separatim habent significatio-
nē uehemētiæ, ut Cic. In tā optima caussa. i. in tā ual-
de bona, q̄ iucundissimus, id est, ualde. Notandum est, q̄
ex illo per, quod est positiui, & q̄, quod est superlati-
ciui, fit una dictio aggregata, scilicet per q̄, Vtri aut
dandum est; nēpe positiuo, ut per quam doctus, per quam
pulchér, et potest coiungi uerbis, ut per quam uelim.

Inter per & quam interponitur aliqua dictio.

Aliquando inter per et quam interponitur
liqua dictio more poëtico, ut Teren. Per pol-
quā paucos reperies, resoluitur pol per quam paucos.

Longe aliter, alius, secus, præstans.

Longe quādo significat ualde, accommodatur cō-
paratiuo & superlatiuo, et his dictionibus, ali-
us, aliter, secus & præstans, ut longe melior, longe
optimus, lōge alius, lōge aliter, lōge secus, lōge præ-
stans, & cū his duobus præcipuus & princeps, ut lō-
ge præcipuus, lōge princeps. De facile pro nō dubie

Facile pro nō dubie iugitur cū superlatiuo. Hic
est facile doctissimus, In eo fere significato,

quo solet quā. Cū superlatiuo iungūtur multo et lōge, ut res multo uel lōge est utilissia. i. ualde utilis.

De ualde, quod semper ordinatur cum positiuo uel uerbo.

VAlde semper ordinatur cū positiuo uel uerbo ut ualde diues, ualde pauper, ualde laudat. Autores solet tali orōe uti propter maiore suauitatem, ut nihil peius hōie, pro eo quod est, nullus est hōie peior. Nihil est illo urbanius, pro eo quod est, nullus illo urbanior. Narravi rē gestā quā breuius potui, bene dicitur, si ita sentiamus, q̄ narrata est res nō tam longe quā poterat, sed aliquanto breuius, sī uero, quod nō potuisse narrare breuius, inelegāter. Tunc sic dicendū est, Narravi rem gestam quam breuissime potui. De quibusdā nominib⁹ in orē exētib⁹.

Nomina in orē exētia, quæ à supinis descēdūt, cōparationē quandā cū persona significant, ut orator q̄ exercet orōnem, prēter ista tria, q̄ à ceterorū natura recedūt, persuasor, autor, et uector, nā persuasor & autor nō in actu sunt, sed in effectu. Est enī persuasor, nō q̄ uult iducere alios in sententiā suā, sed qui iduxit, & sic de autor, ut Lētulus fuit autor huius cōsilij. Vector aut̄ prēpostere se hēt. Nā cū debet significare eum, qui uechitur, significat etiam eum qui uechit, ut uector equi, uector nauis.

De nominib⁹ in us & in io.

Nomina in us & in io à supinis uenientia, eandē

FARRAGO ELEGAN.

20

Fere habent significationem, ut abusus abusio, sed in
terdum diuersa secundum magnorum virorum au-
toritatē, qualia sunt accessio accessus, gestus gestio.
Nam accessus est aditio atq; appropinquatio. Accessio
autem adiectio, siue adiunctio & incremetum. Itē ge-
stus ipsa qualitas mouendi corpus, gestio uero actio,
ut in gestione negotij. i. actione. In iō desinentia, non
solum actionem, sed rem & corpus significant, ut a
ratio, ager ad arādum idoneus, possessiones, res pos-
sessae. Cōuentio hoīes qui in unum locum cōueniunt.
Cōfessio hoīes in uno loco confidentes. Macro. tamē
præter Cic. & aliorum usum, in cōmentarijs natū-
ralibus dixit, Aut enim accessio, aut in leua dextrā
ve reflexio. Et iterū, Solis ihibetur accessio. De cō-
Composita quoq; à sōno, quædā (positis à sōnus,
secundæ, quædā tertiae declinatiōis sunt, ut Sal. in Iu-
gur. Signo dato castra hostium iuadunt, semisomnos
alios, partim arma rapientes fugant. Insomnē autem
& ex omnem draconem legimus. Tabum & nex.

Tabum et nex per oēs casus declinatur. Estigia
tur tabum q; sanies, uel caro putrescens. Nex
autem mors violenta. De uerbis in scō desinentib.

V Erba in scō quamvis secundum Priscia. signifi-
cent inchoationem, tamen secundum aliquos et bene
capiuntur pro uerbis terminatis in fio, ut calcscō. l.
calefio, frigesco. i. frigefio, sordescō. i. sordefio. ut i
Apo. Qui sordidus est, sordescat adhuc. Ponuntur is-
tem aliquando pro suis primitiuis, ut conticesco pro

faceo, cōcupisco pro concupio, cōtremisco pro constremo. Verba in seō talem habēt significatiōē, quālem habent uerba cōposita à fio, ut calesco. i. calefio & non significat inchoationem, quod probatur per Verg. Maria incipiunt agitata tumescere, et iterum fluctus ubi p̄io cepit albescere ponto. Non enim posset incipiunt, nec cœpit. De uerbis in seō desyde-

V Erba in seō quamuis secundum (ratiūis uocatis) Prise. significant desyderium, quod est mentis affectum, tamē secundum aliquos & bene corporis actū significant, ut uiso. i. uado ad uidedum, M. T. de Or. Cui nostrum non licet fundos nostros obire, aut res rusticā uel fructus causa delectatiōis inuisere. V Surpantur quādoq; hæc uerba pro suis primitiuis, ut facesso eo ad faciendum uel facio, laccesso, eo ad prouocandum uel prouoco, nō in malum modo dicimus, sed in bonum, in bonum quidem, ut tuis literis amantissimis sum laccessitus, in malum autem, ut sum abstinentius laccessitus injuria. De uerbis in r̄io meditatiuis nō

V Erba in r̄io quāuis secundum (recte uocatis) plures meditationem significant, tamen secundum aliquos significant desiderium, ut Quin. Pater filios esurit. i. edere cupit, ideo esurientes famelicos uocamus. Infinitum nunquām construitur cum nomine substantiuo, sed gerundiu-

I Nfinitū nunquā cōstruitur cū nomine substantiuo, sed gerundiu, unde latie dicitur, h̄eo à patre mādatū.

conueniēdite, Est mihi mandatū à patre conuenientē dite, nō latine dicitur, mandatū nāq; in superiore est nomen, à quo regitur gerundiū, in posteriori uerbum, quod poscit infinitum, ut est mihi mandatum à patre conuenire te.

Quod nomina adiectiva requirunt infinitum.

N Omina adiectiva requirunt infinitū, siue actiuum, siue passiuum, ut dignus es habere opes, & dignus honorari. Substantia autē requirunt gerundiū ut tempus est gaudendi, commoditas alloquendi. Sed participia, & hæc etiam noīa, doctus, peritus, promptus, cōsecutus, timidus, cupidus, auidus, uendicāt sibi utrumq; ut timens nauigare & nauigandi, quod male dicitur, nō est mihi opus respōdendi, sed responderē, ut sit suppositū respōdere, opus uero appositiū

De fore.

Fore uocē quidē habet infinitiuū ut esse, significātione uero participij, quod est futurū una cū infinitiuo esse, licet forē fores foret, idē sit q; esset es ses esset, ideo nō patitur secum participium futuritā actiui quā passiui. Non enī latine dicitur, scio te amāturum uel amādum fore, sed amādum uel amaturum esse. Cum noīe autē recte sociatur, ut spero te amato rē fore, amicum fore, regem fore, hoc est, futurum esse regem, &c. Quod autē dicitur de participio futuri, tā actiui quā passiui, idem de participio præsenti & præteriti intelligatur, tam actiui quam passi-

LAVRENTII VALLAE.

13

in, sed alia ratione, nam cum fore futurum significet, quoniam modo cum praesenti potest conuenire: qui amans est, non dicitur futurus amator, & qui amatus est, non vocatur amandus. Itaque dicimus, scio te esse amantem vel esse amatum. Sed si transit in uim nominis, recte dicitur, scio te amatorē fore. In cōpositis scilicet affore & defore, nemo peccauit. Fore seruat naturā nominis, non participij. Opinor te acceptum illis fore, non ab illis. Cic. Spero amicitiā nostram notā posteritati fore, non dixit à posteritate. De participijs que in uoce passiuas significant actionem.

Q Vædam participia in uoce passiuas significat actionem, ut circumspectus, consideratus, cautus, differtus, falsus, cōtensus, scitus, discretus, argutus. Nam circumspectus, non qui circumspicitur, quem solemus uocare conspicuum, sed qui circumspicit, et est prudens, & sic de alijs, sed qui considerat, cauet, disserit, fallit, cōtinet, scit, discernit, arguit. Dicimus autem è contrario honorificētissimos, magnificētissimos, instructissimos, ornatiissimos, apparatiissimos ludos, i. factos cum magnificentia & honorificentia. Tacitus homo. i. taciturnus. Profusus & fluxus, actiue apud Sallust. Alieni appetēs, sui profusus, quasi profusor, nam diuitiarum & formae gloria fluxa & fragilis habetur. Scitus puer, passiuē capitur, quasi scierte & docte factus, aliquando actiue, quasi sciens & argutus. Vocamus opus magnificum. i. magnifice factum.

etum, & huminem magnificum. i. magnifice facientem.

Participium præsentis pro præterito.

Participium præsentis temporis loco præteriti ponitur. Cic. Cum ē Cilicia decedens Rhodum uenissim. Non enim quis discedens applicat, sed post quā discessit, hoc est, non proficiscens applicat, ut idem C. de Off. li. 3. Si exempli cauſa uir bonus ab Alexandria profectus, magnum frumenti numerū in Rhodum adduxerit. Nec tamen quis in omnibus uerbis permisum esse, ut in salutādo permittitur, putet, ueluti si dicas, Cum salutans amicos qui in Alexandria erant, Rhodum uenissim, cum sit dicendum, Salutatis amicis. Nam de aliquo qui recedit, tā diu res cedere dicitur, donec perueniat quo tendit, quod nō idem fit in salutādo, Cum ē Cilicia decedens in Rhodum uenissim. Illud participium præsentis ponitur loco præteriti. Nam decedo non habet participium præteriti. Repetundarum & de pecunijs repetun-

R. Epetundarum, & de pecunijs repetundis, non habet alios casus, quo nomine significantur res creptæ à magistratu prouinciae, ueluti pecuniae, uasorum pretiosorum, uestiumq; annonæ similiq;. Nā cum dicimus missos esse legatos ad res repetundas, significamus ad repetenda ea quæ populo aut principiis ab alio populo aut principe crepta sunt, ut pecora, capituos, fines agrorum, & similia.

Gerundia tertie coniugatiōis possunt mutare e in u.

Cerundia tertiae coniugationis possunt mutare
genus, ut repetundarum pro repetendarum, et
accusatius pluralis tertiae declinationis in i, ut o
mnis pro omnes.

De oriundus usurpatione.

ORiundus non habet uim participij, cuius uten
di hic modus est, ut ego sū ortus Romæ, à Pla
centia oriundus, ex Placentia originem parētum du
eo.

De insido & eius compositis.

INsido facit insedi, & nō insidi, in quo pleriq; fal
luntur, putantes præteritum esse ab insideo. Est e
am insidere & sidere, introrsum ire, & quasi in in
teriora descendere, & desidere deorsum ire, ut hæc
uoluptas mihi insedit, & penitus animo meo hic insa
dit affectus, & aues quando in tecto sunt, sedere des
cent, quando uero ab alto in illud descendunt, dicū
tur sidere.

De iste hic ex ille, quā iter se differant.

Iste spatio propinquiore, ille longiore intelligitur
quare si ad hoīem lōge posuūscribā, de beo dices
res sic, Si quid noui in ista urbe est, mihi notū facias,
& non bene dicitur in illa, nam ut de me loquens,
dicam, hoc caput, hæc manus, hæc ciuitas, ita ad se
cundam personam istud caput, ista manus, ista ci
uitas, de tertia persona dicam, illud caput, illa
manus, illa ciuitas. Vnde fiunt Aduerbia,

LAVRENTII VALLAE 16

Istic, istinc, istac, istorsum, ut qui istinc ueniunt, aut
te superbū esse, istinc. i. à te. Ille quoq; nonnunquā
per dignitatem aut per eminētiā ponitur, indicans
aliquid quod oēs nosse debeant, ut Alexāder ille ma-
gnus, Architas ille Tarentinus. Iste tamen capitur &
liquoties pro hic, sed non tamē si de nobis ipsis loqui
mūr. Quintil. Iuuenis iste de quo summa in rebus hu-
manis monstra singuntur.

De is.

I Non habet paruā gratiam, siue br̄cuitatis, si-
ue uenustatis, sic, Paucā uestis, & ea detrita & for-
dida. Paucis nūmis, nec ijs suis, sed aliūde corrogatis

De hic & is.

Hic & is habent hanc differentiam, ut hic spā-
cio propinquiore, is uero longiore intelliga-
tur, multis tamē in locis utrumq; locum habet, ut qui
pr̄fert uirtutem diuitijs, is sāne fortis est, uel hic &
uel per compositionem, ut quācumq; mulier adulter-
ra, eadem uenesica est. Et fere per h̄ec duo pronomi-
na licet sic loqui, nec per ulla alia modo oratorio.
Notandum tamen, quod in simplici potest addi copu-
latiua, in composito minime, ut quamcunq; in sedem
migrat apum rex, in eam & apes ipse comitantur.
Si cum composito, in eādem dicam apes sine copula.

De idem pro etiam cum accusatiuo, inter-
dum cum nominatiuo.

Idem pronomē compositū sic usurpare solemus,
ut pene significet etiam, ut Cic. Et huic comunitā

FARRAGO ELEGAN.

17

et beneficentia, quam eandem uel benignitate uel libe
ralitatem appellari licet. i. quā etiam, cum accusatiuo.
Interdum cum nominatiuo, ut Prudentia que eadem sa
pientia est. Nescio an idem liceat in alijs casibus.

De cum præpositione.

Cum præpositio, recte ponitur quādo iūgitur co
miti, ut ambula cum bonis, sede cū senibus, dormi
cum uxore. Cum dictione autem significante instrumē
tum, tollenda præpositio est, ut percussit te pugno, uis
di hominem hisce oculis, tetigi parietem manu. In his ue
ro locis, acceptus est cū honore, magna cū benevolētia
scripsit, cum mira affabilitate allocutus est, cum dira
truculentia me aspexit, ablatiui non instrumentū sig
nificant, sed coniunctionem, si quidem non acceperunt
me hoīes instrumento honoris, sed corporis. Non intra
ui & sed adiuuante honore, sed corpore. Nec sic scribi
tur cum benevolentia, ut scribitur manu, nec loquia
mūr affabilitate, sed operatrice lingua. Nec ita aspici
mus truculentia, ut oculis, sed uerū aspicimus, trucu
lentia comite. Nā & stamus & sedemus & iacemus tru
culetia uultus, q̄ nihil facit ad standū, sedendū, iacedū.

De Versus.

Versus postponitur semper contra naturā pre
positionis, ut Italiā uersus, Megarā uersus. Non
nunquā dicitur aduersus, sicut uersus, & aduersum,
sicut uersum, ut quaquauersum. i. in unam quanq̄ par
tem uel quoconq;.

De usq;

B

25 FARRAGO ELEGANTIARVM

VSQ; aliquando ordinatur sic, ut ad occidentem
usq; et usq; semper postponitur casui.
De tenus.

TEnus in plurali semper cum genitio ordinatur,
ut crurum tenus, In singulari cū ablative, ut uer-
bo tenus, haec tenus. Et eius significatio est usq;, ut Aethi-
opia tenus. i. usq; ad Athiopiam. Vmbilico tenus. i. usq;
ad umbilicum. Aliquando etiam pro non ultra, ut gesse
consulatum titulo tenus. i. non ultrā quam titulo.

Quomodo uerbū debet sequi ultimū suppositum
in persona, in genere, & in numero.

Verbū debet sequi ultimum suppositū in perso-
na, in genere, & in numero, ut ego illū de suo re-
gno, illi me de nostra rep. percunctatus est. Conuerte,
Ille me de nostra rep. ego illum de suo regno percūcta-
tus sum. In hanc tamen formulam nō cadit, quoties per
comparationem aut similitudinem loquimur, quale est
Melius ego istud quam uos fecissem. Hoc ille ita prudē-
ter ut ego fecisset, non autem ut ego fecissem. Verbum
enim principale debet effiri, subintelligi autem quod
non est principale.

Idem efficiunt duæ, quod tres negationes.

Idem efficiunt duæ, quod tres negationes, si unius illa-
rum locum mutet hoc modo, Nū quam mihi obfuitis
nec profuisti unquam. Nescis nec in pace, nec in bello uis-
uero. De audiui te ut cæteros affuisse, & audiui
te affuisse ut cæteri.

Avidi ut cæteros affuisse in prælio, & audiui te fuisse in prælio, ut cæteri. In p̄rio omnia que ponuntur à parte ante, debet esse in accusatiuo, quare guntur ab infinitiuo, Illa quæ ponuntur à parte post in nominatiuo, & reguntur à uerbo personali.

Homo sapiens, ne dicam literatus, non
recte dicitur.

Homo sapiens est, ne dicam literatus, non recte dicitur, sed ne dicam literatum. ut Ci. pro Deiotarō, Crudelis Castor, ne dicam sceleratum & impium, q̄ Anium in discrimen capitis adduxerit. Et hoc sit substantiuo præcedente, secus autem sequēt, sic, Literatus est ne dicam sapiens homo. In prima oratione intelligitur enim esse, in secunda est.

Cui Romulo cognomē erat, & cui Romulus.

CVi Romulo cognomen erat, Verg. oratoresq; ut Cic. Quintil. cæteriq;, frequentissime ac frequētius quā cū nominatiuo, sed cum nominatiuo quoq; non nunq; ut Quintil. Cui Speridon fuit cognomen.

O cum nominatiuo, accusatiuo, & uocatiuo iungit.

Ocum nominatiuo, accusatiuo, & uocatiuo iungit. Dentō, O magna uis ueritatis, q̄ cōtra omnium ingenia, calliditatem, solertiam, cōtraq; fistas hōminum insidias facile per se ipsa defendit. Alibi et in nominatiuo, ut Verg. z. Geor. O qui me fistat gelidis in vallibus Hemi. De uocatiuo, O nox illa, quæ pene æter-

nas huic urbi tenebras attulisti. De Accusatio, ut ò uaria
riam uolucremque fortunam. Aliquando ab illo super
sedemus, utiq; in re leuiore, nec ita magni caloris, ut in
dignum facinus, & Hominem nequam.

De plenus & refertus.

Plenus & refertus, frequenter cum genitiuo quam
cum ablatiuo ponuntur, ut Ci. pro Plan. Audierat
refertam esse gratiam sceleratissimorum hominum.

De domus.

D Omus habet duos genitiuos, unum secundæ decli
nationis, alterum quartæ, uidelicet domi & domus, sed
prior significat locum ubi quis manet, posterior cor
pus ipsum atque ædificium, quod ex parietibus constat et
tecto, ut sum domi, non domus. Ci. Vix occisus est, para
tem domus demolitus est, non partem domi dixit.

Quid interfit inter quicquid & quodcunque.
Inter quicquid & quodcunque hoc inter est. Nā quic
quid substantium est, ideo attribuitur sibi & adie
ctuum, ut quicquid festuum, quicquid molle, quicquid
durum. Quodcunque autem adiectuum est, ideo attribui
tur sibi substantium, ut quodcumque telum, quodcumque
scutum, & idem intelligitur de quiddam & quoddam,
ut quiddam mirum, quiddam obscenum. i. quædam res
mira, obscœna, quoddam templum, quoddam nemus.

De cœpit cum pœnitere, & nō cœpit ille pœnitere.

C Oepit cum pœnitere, posset te pigere, desinit me
tedere sœpius dicimus, quā cœpit ille pœnitere &cet.

Cic. de petendo consulatu, Cuius autoritatis neminem posset pœnitere. De interdico.

Interdico tibi aqua et igni, non autem aquam et ignem, in passiuo, aqua et ignis interdictus est, non autem interdictus es aqua et agni.

De relatio qui quæ quod, cum quo debeat cons
gruere, an cū antecedēti, an cum consequenti.

C Oni virtutem, qui est fons omnium bonorum, potius quā quæ est fons. Sal. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Cic. Quibus tandem gradibus Romulus in coelum ascendit? his ne quæ isti appellant bona? non dixit quos. Idem. Omnes tenues atq; humiles, quæ maxima in populo multitudo est, non dixit quæ sunt maxima multitudo.

De mille hominum.

M Ille hominum dicimus, et millia hominum, mille homines, et non milia homines, et hoc ideo, quoniam mille est adiectivum, millia uero substantiū. Duo enim substantiua non cohærent sine copula.

De nominibus numeralibus.

N Omina numeralia, siue adiectiva siue substantia
ua sint, inter se iungi recusant, quia non duo sub
stantiua, nec duo adiectiva sola esse possunt. Vnde male
dicitur, duo centum, uel tria mille, sed bene dicitur, bis
mille, bis centum, ter centum, ter mille, et supra mille,
id est millia, quod plane substantiū est, quod nequit
iungi cum alio substantiuo. Vnde male dicitur, duo mil-

Lia homines, tria millia hoies, sed recte dicitur duo milia
 Lia hominum, tria millia hominum. Illud autem quod repes-
 ritur apud ecclesiasticos, scilicet decem millia talenta, di-
 videcim millia signati, permittatur illis, nobis autem sic
 dicendum esset, duodecim millia talentorum, signatorum.
 Præterea dotandum est, quod tantum sub hac uoce non co-
 ponitur, ut aliqui indocti putant, dicentes ducentum, tria
 centum. Nam ista sunt sua propria nomina, ducenti du-
 centæ ducentæ, tricentri tricentæ tricenta.

De potior.

R. Erum potiti sunt sape legimus. i. cōsecuti sunt do-
 minatum, imperium siue orbis, siue urbis, ut Athenien-
 ses, Lacedemonij, Assyrij, Macedones, romani rerū poti-
 ti sunt. In cæteris autem nominibus fere cum ablativo,
 ut potitus imperio.

De nisi.

Nisi, in principio sententiæ indicatiuum desiderat,
 alias subiunctiuum, ut Ci. pro Mil. Nisi forte pte-
 tamus dementem P. Scipionem Africanum fuisse. Alio
 modo sic, Vapulabis nisi caucas. In illo superiore, nisi
 est prope uerbum principale, hic non est.

De quo, id est, ad quem effectum.

Quo per fidem diuitias inueni, inquit Quin. Et i-
 terum, Quo nunc tantum frumenti, quo classem cōme-
 tu grauem. i. quæ ad effectum. Semper tamen cum accusa-
 tio, & sine uerbo, sed intelligitur uis, sic, Quæ ad effec-
 tum uis esse diuitias: & idem de unde, ut hunc illi ani-

mum? supple, putas esse. De dono.

Dono te hac re. i. exorno, & dono tibi hāc rem dē
cimus. Illud tamen primum, proprium est p̄r
mij & ex laboribus & ex officijs, & interdum benevo
lentiae. Secundum uero benevolentiae semper & libera
litatis.

De magna autoritate uir.

Magna autoritate uir, & magna autoritatis uir,
raro sine adiectiuo.

De synecdoche, quam fugiunt oratores.

Synecdochē summopere fugiunt oratores. Nō enī
dicunt, doleo caput, sed dolēt tibi ilia, & mihi dos
let caput, quamvis historici aliquando utātur synecdo
che, ut Sal. Hac ex altera parte C. Antonius pedibus &
ger in p̄lilio adesse nequibat.

De in æs incidi, & non in ære.

In æs incidi aliquid, & non in ære, & contrā, in mar
more, & non in marmor. Inscidi autem. i. inscribi, in
sculpi literis, siue quid aliud.

De agedum.

Agedum aduerbium hortantis est, ut Ci. pro Syl
la, A gedum conferte nunc cū illis uitam P. Syl
la, populoq; Romano notissimam, & non tantum plus
rale, sed & singulare desyderat.

De inest in hoc loco, & huic loco.

Inest in hoc loco, & huic loco, sed secundum primū
modum apud scriptores frequentius inuenitur.

ut Cicero, Et quāquām omnis uirtus ad se nos allicit,
faciatq; ut oēs diligamus, in quibus ipsa iesse uideatur
tamen iustitia & liberalitas id maxime efficit.

De comparo hanc rem cum illa, & illi, & similib.

Comparo hanc rem cum illa, et illi, cōfero te isti,
& cum isto, coniungo me huic, & cum hoc, acce-
dit huic rei, & ad hanc rem, respondet tibi, & ad te, ce-
lo te hanc rem, & de hac re. Commendo tibi hominem,
i. committo. Commēdo apud te hominem id est, laudo.
Tu es natus ad laudem, uel laudi. Ascribo tibi hoc i. at-
tribuo & imputo. Timeo te tanquām inimicum, & tibi
tanquām amico. Incessit mihi cupiditas i. subiit. Incessit
me ille i. offensurus me petit & accusat.

De non modo cum duabus negationibus.

Non modo potentes, sed nec inopes hanc īpensam
recusarent, male dicitur, quia deest una nega-
tio, quod apparet ex Ciceronis exemplo, qui ait, Non
modo quasi uiuus Cæsar leges tulisset, hoc tempore no
putarem, sed ne illas quidem, quas post mortem Cæsa
ris prolixas & fixas uidetis. De euentā.

E Venta cuenterum euentus, non plus habet

De uenio petiturus, pro uenio petitum.

A Pud Quin. sc̄epe uenio petiturus, oratus, pro
uenio petitum & oratum. Et alibi ponitur uici-
mus pro uincemus, ut apud T. Li. Hannibal milites allo-
cutus, inquit, Si tales animos in prælio habebitis, qua-
les hic ostenditis, uicimus, Adeo compertū habet de uis-

etoria, ut non uicturus, sed uictor esse uideatur.

De restituisse, pro resistere debuisse.

Restituisse, repugnasse, pro resistere et repugnare debuisse. Prædiceres, pro prædicere debes. Ex æquaueram pro æquassem ponit Quin. ne duo uerba similiter desinentia ueniant, ut Si perseuerassem duo ex æquaueram, pro ex æquassem.

De fini pro si.

Sin pro si, nunquam nisi in secunda parte collocatur, siue uocali, siue consonante sequete. Teren. Si hoc teletur, in metu, si patescit, in probro siem. In secunda parte, ubi ferè duorum est oppositio. Tere. Si illum relinquo, eius uitæ timeo, si opitulor, huius minas. Non nunquam tamen ponitur semel, uerunt amcñ secundi loci uicem obtinet, ut in Sallust. Imperat ut insidiatores Maxime paret, ac maxime occulte, si id parum procedat, quouis modo Numidam interficiat. i. si potest occulte, si uero et c. Multi capiunt si autem, pro si non quod falsum est, nedum stultum.

De ordine numerorum.

Sciendum est, numerum minorem ante centū præponi, post uero centum, postponi, ut Plato uno et octo gesimo anno scribens est mortuus, Isocrates quarto et octogesimo anno eum librum, qui Panathenaicus scribitur, scripsisse dicitur, uixitq; quinquennium postea, cui magister Leontinus Gorgias centum et septem impedit annos, intelligendum est dum intercedat copula,

nam ea sublata, ut quisq; numerus maximus est, ita pri
ori loco præponitur, ut maior es quinq; anis, & etiam
intelligendum est ultra uigesimum numerum, nam de-
cem & septem, decem & nouem, decem & octo, norma
illam quam dixi, non tenent.

De ueni ad me, uenito, uenias.

Veni ad me, uenito, uenias, scribe ad me, scribito,
scribas, scribes, his omnibus indifferenter uti-
mur, negatione tantum ne uenias, & ne ueneris, ne scri-
bas, & ne scripseris.

De an aut ne.

AN, aut ne, coniunctiones sunt. Interrogamus enī
per an, quando de duobus pluribus ue ambigimus, et in
quibus contrarietas quædam est, sed nūquam per aut,
ut Cie. An uero Romulus ille, aut pastores, aut conue-
nas congregasse, aut Sabinorum cōnubia coniunxiſſe,
aut finitimorum uim repressisse eloquētia uidetur. Nō
est hic multiplex interrogatio, quasi de horum singu-
lis interrogetur, sed duplex sic, Nūquid Romulus hæc
omnia fecit eloquentia? hæc una pars est interrogatio-
nis, supple an non fecit? et hæc erit alia pars, Item est tu
Stoicus, aut Epicureus, aut Peripateticus, aut Acadē-
micus, & bene dici potest & male. Nam cum constet te
esse philosophum ex aliqua harum sectarum, sed cuius
sis ignorem, male interrogem per aut, cum singulæ hæc
partes singulas habeant interrogations, ideo per an
interrogādum est, sic, Es Stoicus, an Peripateticus, an
Academicus, nec supplendum est an non, quia unūquod

An, cæteris è contrario respondet, et multiplex est interrogatio. Vt mirum etiam an, sine interrogacione inter dum ubi aliquid contrarietatis est, ut dubito an uiuat, an mortuus sit. Quod præceptum est de an, hoc quoq; sit præceptum de ne, quæ plerumq; sola ponitur & in prima parte, ut bene ne an male, sèpe hoc modo, igno-
ro bene faciam, nec ne, id est, an sic an non. Quidam su-
per uadue anteponunt an, sic. Ignoro an benefaciam nec
ne. Interrogatiue uero sic quoq; loq; licet, ut pro Flac-
co Cicero, Vtrū uultis prætori Flacco licuisse nec ne?
Sicut multi errat in aut, non uidetes in quo differat ab
an, ita fit in uel, ut est apud Quintil. Quærendumq; ar-
bitrantes iustum ne sit sacrilegiū appellari, quod obi-
ciatur uel furtū uel amentiā, si non ita est, ac si intellis-
endum sit sacrilegium an non.

De ue.

VE magis ad uel, quā ad an accedit, ut duobus tri-
busue mensibus, raro reperitur geminatum nisi
adiuncta ne, ut Cic. de Ora. Ita iungentis ut neve aspera
concurrant, neve uastius deducantur. Veraro gemina-
tur, nisi adiuncta si, ut siue hoc siue illud, aut adiuncta ne
pro ut non. De uado in uillā & ad uillā, & similib-

VAdo in uillam & ad uillā, in campum & ad cam-
pum. Confero me in uillam, cum illo tamen uerbo con-
fero differentiam habet, dicimus namq; , confero me
in uillam & ad uillam. In personis tamen solum

cum ad, ut contuli me ad Catonem, cōtuli me ad patrē, quod factū est propter differentiam alterius significatiōis, cum significet donationem, ut contuli multa beneficia in Catonem. Non tāta in patrem contuli quanta ille in me. De nedum & non solum.

NEdum et non solum eiusdem significationis sunt, licet habeant formam collationis contrariam. Nam unum semper est in parte posteriore, alterū in priore, quod ut ita esse appareat, adferamus exemplum. Darem tibi sanguinem, nedum pecuniam, hoc affirmatiue, Non darem tibi pecuniam, nedum sanguinem, hoc negatiue, in quo apparet semper in secunda parte collocandum esse nedum, sed in affirmatione id quod plus atq; uehementius, ponendum est in prima parte. Plus enim et uehementius est dare sanguinem, quam pecuniā. In negatione contrā, Qu. Cur. Flavius ne fugae quidē, nedum resistendi locum fuerit habiturus. Non solum autem, in prima parte ponitur, ut nō solum darem tibi pecuniam, sed etiam sanguinem. Item non solum non dare tibi sanguinem, sed nec etiam pecuniam. Sed nonnūquā reperitur in secunda parte ponit tali modo, Cic. in officiis. Ad quod est adhibenda actio quædam non solum. Idem est de non modo & de non tantum, ut Cicero, Huic igitur bono uiro, quē Fimbria etiam non modo Socrates nouerat. Nedum aliquādo ordinatur cum suum utriq; sententiæ uerbum damus, ut funderem pro te sanguine, nedum tibi pecuniam crederem.

Et multifariam in usu accipitur.

FT solet multifariam in usu accipi, cuius conditio
nis est q; & ab eo composita negativa, ut nec ne
q;. Capitur enim aliquando pro nam, ut Ver. Audieras
& fama fuit. i. nam fama fuit. Ci. Non solum nobis na
ti sumus, ortusq; nostri partem sibi patria uedicat, par
tem amici, q; pro nam. Duplicantur enim interdum hæ
cōiunctiones, sed in rebus diuersis uenustius, ut te admī
rantur & ciues & hospites. Poëtæ frequentius quam
oratores geminant q;, ut Ver. Hominumq; deū m̄q;. i. &
hominum & deorum. Et quoq; initij sententiarum con
uenit, ut Quin. Et finitæ sunt partes duæ, quas hæc pro
fessio pollicetur, cuius naturæ est ac & atq;, ut Cicero
Ac si uolumus huius rei quæ uocatur eloquentia. Idem.
Atq; cæteri imperatores qui de illo triumpharunt etc.
Interdum quoq; affectui cōueuit, uel indignationis, uel
miserationis, ut idem pro Milone. Et sunt qui de via Ap
pia loquantur, taceant de curia. Iterum in Philippicis,
Et ad eum legatos de pace mittemus, qui nuntios repu
diauit? Sæpe etiam ponitur ut non copulet, nec affectū
significet, ut Cic. in Catone maiore, Defendi legem vo
coniam magna uoce, magnisq; lateribus, ex uidetis an
nos meos. i. defendi iuuenili uoce ac uiribus illam legē,
& sum ita senex, & potest fieri per q;, ut Quanquā te
Marce fili annum iam audiētem Cratippum, idq; Athe
nis, abūdere oportet præceptis iſtitutisq; philosophiæ,
uel & hoc Athenis, uel et id Athenis, uel & quod Athe

nis. De eis atque nec.

I Tem miscemus et atque nec, nec ab hoc, nec ab illo incipientes, ut et pacem respuis, nec bellum gerere potes. Nec et neque nonunquam accipiuntur pro non sequenti enim aut uero, ut neque enim neque uero, id est non, que accipitur pro eis, quoque pro etiam. Et, nonunquam capiatur pro etiam, non tam apud Cice, sed apud posteriores. Vergil. Natus et ipsa dea. Nec quoque capitur pro nec etiam, ut Quint. Persolui gratia non potest, nec malo patri. Cicero dixisset, Nec malo quidem patri.

De nam pro autem-

Nam pro autem nonunquam ponitur in principiis sententiarum, ut in Sal. Cicero, Namque in uxore et filia meam tam petulanter inuestitus es. i. q. autem, uelut ad hoc respondeam. Item, Quod autem scribis quod de exitu belli sentiam, magis consilium petere possemus quam ipse alijs dare.

In quo differant nam et nanc.

Nam et nanc in hoc differunt, quippe cum nanc; soleat et primum et secundum et tertium locum sortiri, nam non solet, sed semper est prima dictionum, et aliquando accipitur pro autem, ad distinctionem sententiarum, ut Cicero in Sall. Nam quod in uxorem et filiam meam tam petulanter inuestitus es, idem ualeat ac si disisset, quod autem in uxorem et c. uel quod uero in uxorem et filia meam, et c. ueluti saepe incipere solemus, ut idem, quod autem scribis.

Venuste deest nonnūquā uerbum in oratione.

Desunt nōnunquā in oratione uerba non sine grā
tia. Plinius posterior, Piscaris an uenaris, an aucupas
ris, an simul omnia, supple facis. Et Quintili. Si confes
sionem culpæ meæ exigitis, ego fui pater durus, subina
telligitur confiteor, quod fui pater durus.

Literaliteræ epistola.

VNAS abs te literas accepi uel binas uel ternas
uel quaternas. Vnā epistolam uero aut duas, aut
tres, nec binas, ternas epistolas. Vbi quoque; sic obseruāz
dum est, neue sic dicamus. Accepi binas literas, quarū
alteri respondi, alteri modo respōdeo, sed alteris. Nam
cū modo dicitur alteri, subintelligitur literæ. Ad hoc
nomē in singulari nō significat epistolā nisi apud Poē
tas, sed elementa literarū, ut abc. Dicimus quoque, acces
pi literas melius quā recepi. Quidā tamē autores utū
tur recepi. Cicero autē ferē semper accepi. Poēta tamē
in singulari utūtur, ut Ouidius. Quā legis à raptā Bris
seide litera uenit. In hoc tamē conuenimus, ut dicamus
de singulis uel unicuique, uel utrique siue singulas literas
siue singulas epistolas. Quare autē nō dicamus, accepere
duas uel tres literas, ratio est. Nam omnia carētia nu
mero singulari, semper iungūtur cū illis nominibus bi
nus ternus &c. ut supra etiampatet.

De auxilium do, & similibus.

A uxilium do feroque dicimus. Opē do non dicimus.
sed fero.

De & si, quanque, quis, & licet.

ET si, quanquam, quamuis, licet, eiusdem significatio
tionis sunt, duo tamen prima in principijs duntax
at orationum, epistolarum, librorum semper adsciscūt
sibi indicatiuum, ut Ci. Et si negotijs familiaribus im-
pediti, uix satis otium studio suppeditare possumus. Et
in officijs, Quanquam te Marce fili, &c. abundare o-
portet. Alia duo magis postulant subiunctiuum. Nonnū
quā tamen habent indicatiuum, sed raro, aliquādo quā
quam, & si, tametsi, eodem modo quem de nisi ostendis-
mus, à nullo dependēt, ut Plin. Dedit enim quantū max-
imum potuit, daturus amplius si potuisset, tametsi quid
homini dari potest maius, quam gloria, laus, & aeterni-
tas, hic non possis ponere licet, & quamuis. Olim, nuper,
pridem, dudum, iamolim, iampridem, iamdudum,
tempus præteritum significant, ut olim seu nuper ueni.
Interea hæc differentia est. Nam olim longius repetit
quam pridem, & pridem quam nuper, & nuper quam du-
dum, taliter q̄ dudum certius tempus significant, quam
cetera alia. Solum enim significat paulo ante, ut dudu-
ueni, id est, iam semi hora, uel hora una. Et nunquam al-
liter accipitur, ut Crassus apud Ciceronē in primo li-
de orator. Verecundus de hac re iamdudum loquor, cū
paulo ante loqui cœpisset. Iamolim, iampridem, & iam-
dudum differunt ab alijs simplicibus. Nam in his conti-
nuatio declaratur, in illis uero non, ut dudum ueni, iam
dudum expecto. Iam nuper non inuenitur, & superio-
bus diebus significant, uel tempus ab hinc. Est autem nus-

per nō lōgo tempore à nunc, interdum nō lōgo tempora
re à tunc, ut Curti. Qui nuper ab Alexandro missi es-
tant. Et səpius pridem, dudum, ponitur cum negatione
et cum quā, et cum ita, ut non pridem, nō dudum. Nō
ita pridem, nō ita dudum. Olim səpe ponitur pro futu-
ro. Quint. Sunt clari quoq; hodie eiusdem operis auto-
res, qui olim nominabuntur.

De tantum abest.

TAntum abest, aut unū ut habet post se, aut duplex
Cic. in off. Tātum abest ab officio ut nihil officio
magis possit esse contrariū, et hoc per unū ut, per duo
sic, idem pro lege Manilia. Tantum abest, ut aliquā bo-
nam gratiam quæfisse mihi uidear, ut multas etiā simul
tates partim occultas, partim apertas subeundas mihi
esse intelligam. Hec duo loquendi genera idem signifi-
cant, etiam potest alterum in alterum conuerti sic, Tā-
tum abest ut officium sit, ut officio nihil magis possit es-
se contrarium. Et possunt exponi per nō solum, aut nō
tantum, ut nō tantum officium nō est, uerum etiam nihil
magis officio possit esse contrarium.

De cum & tum.

C Vm mihi paueo, tum Antiphō me exeruiat, in-
quit Teren. per quod declaratur quiddam maius ac ue-
hementius esse in tum quam in cum. Nam quoties paria
sunt, tum adhibemus, ut tum tibi paueo, tum Antiphō-
ni, in qua re permulti falluntur. Quare hoc præceptū
sit, quoties reperitur, cum, subiunctio coniungi, tunc

significare quamvis, & sequitamen, ut Cic. Satis ne co-
stanter facere uideamus. qui cum præcipi nihil posse di-
camus, tamē & alijs de rebus differere soleamus. Cum
autem coniungitur cum indicatio, ut cum uno uerbo so-
lo, sequi debet tum, ut Teren. Cum mihi paucō, tum An-
tipho me exerutiat. De uno uerbo Cic. ad Curi. Qui cū
suis uirtutibus, tū uerote filio, omnium fortunā superas-
set. Et nota q̄ cum semper uult indicatiuum, sed si forte
est alijs modus, quod tamen perrarum fit, potius critū
num uerbum q̄ duo, ut idem Cic. Sed cum reliquis in res-
bus, tum in sermone quotidiano uicissitudinem nonnūq;
putet, tum & cum indicatiuum fere postulant, & pro-
prie exponuntur, cum propter iucunditatē, tum pro-
pter amorem. i. multum propter iucunditatē, plus pro-
pter amorem. Ponitur etiam tum sine cum duplicatum
triplicatum, & multiplicatum in rebus paribus, tū in-
terdum accipitur pro aliquando, ut cum hoc tum illud
dicās. i. aliquādo hoc, aliquādo illud, uel modo hoc, mo-
do illud.

De quidem.

Quidem tribus modis accipi solet, uno ad disting-
uendum res, unus quidem sic, alijs uero sic. Ega quidē
sum Romæ, tu uero Athenis, altero aut quando sequi-
tur exceptio, & tunc semper quidem iungitur cum ille
ut de Off. Cicero. Ab optimis quidem illis uiris, sed non
satis eruditis. Et de amicitia. Qui autem summum bonū
ponunt in uirtute, præclare illi quidem, sed hæc ipsa
uirtus amicitia & gignit & cōtinet. Tertio modo quo

plenus etiam est sermo vulgaris, nullo autem, aut uero,
aut sed, aut tamen sequente; sicut & ipsa nonnunquam
sine quidem ponuntur.

De quidem, quoties distinguit res.

Quoties quidem distinguit res, potest uti duobus
comitibus, scilicet uero & autem, ut unus quidem sic, &
lius uero & autem, quādo uero sequitur exceptio præ-
ter has duas dictiones superius dictas, pluribus comiti-
bus uti potest, scilicet uerum, queruntamen, secundum, cæ-
terum, tamen, attamen, ut tu quidem fidelis es, sed len-
tus tamen & piger.

De uero, autem & porrò.

Vero autem & porrò licet eiusdem significatio-
nis sint, tamen non eodem modo collocantur, nā
porrò potest esse in fronte sententiæ, autem & uero nō
possunt, ut (bene enim dicitur) apud Quītilianum. Por-
rò qui confessum defendit, non absolutionē sceleris pe-
tit, quod nō bene dicitur per autem, nec per uero, ut ue-
ro qui confessum defendit, semper præcedente aliquā
dictione. Porrò raro pro illis duobus ponitur, quāvis
idem significet. Vero & autem collocantur frequen-
ter, ut nūquām referant, sed tamen distinguunt senten-
tiā sententia. Cic. Tribus his tēporibus quantū pot-
eris, poteris enim quantū uoles, habent tamen aliquādo
apud autores, nescio quid, differentiæ in utēdo. Nā ue-
rō recte collocatur post has dictiōes, scilicet neq; tū a-
ge, sane, iā, enī, ut neq; uero, sane uero, iā uero enī uero

At uero autem non recte collocatur, in eleganter enim diceretur, neq; autem, tum autem &c.

De autem & porrò.

Avtem rursus collocatur recte post non, ut non autem faciam bene dicitur, non faciam autē male. Sed si postponas negationē, habebit locum, sic, Tibi amicus, assentator uero nō. Porrò significat lōge, certe, postea, ultra. De siquidem.

Si quidem una dictio idem est quod nam, ut Cic. Confitior eos nisi liberatores populi Roma. conseruatoresq; reip. fuerint plus quam sicarios & quam paracidas esse. Si quidem est atrocius patriæ parentem, quam occidere. Si quidem quando non est una dictio, facile est internoscere, ut Cic. pro Flac. O morē præclarum, disciplinamq; quam à maioribus accepimus, siquidē teneremus.

De nudius tertius, & similibus.

Nudiustertius & nudius quartus, nec ultra progrereditur. Cur enim non habemus nudius secundus? quia uocabulum suum habemus, quod est heri. De die autem qui præcessit hesternū scilicet heri, dicimus nudius tertius, id est, ab hic tertius, scilicet nūc die tertio, & de die sequenti, cras dicimus, et de die ab hic tertio, perendie. Pridie, id est, una die ante diem. Postridie, i. una dies post, siue in præterito, siue in futuro. Ut pridie quam intrarācm mare serena lux fulsit, pridie quam intres Athenas aquā nō bibas. i. de die præcedenti illū

diem, quo mare Athenasq; intraueras. Item postridie qd morte pater obiit, epulum feci, et postridie quam uxorem duxero nauigandū mibi est. I. postero die ab illo quo pater morte obiit, aut ego uxorem duxero, uel cū genitiuo, ut pridie illius diei, postridie illius diei, quo haec gesta sunt, et cum accusatiuo, ut pridie calendas, quapropter nō bene dicitur, pridie et postridie huius diei, quia uocabula sua habemus, scilicet heri et cras. Ex pridie fit pridianus, sed ex postridie nō fit postridianus, sed pro eo ultimur crastinus, per quod significatur nō modo dies sequens hodiernū, sed etiam quēlibet alium. Ver. Georg. i. Nunquā te crastina fallet.

De quippe, utpote, profecto, ut, utiq;, nepc sa
ne, certe uel certò, et nimirum.

Q Vippe, utpote, profecto, ut utiq;, nempe et sa
ne, certe uel certò, et nimirum quasi similia sunt in sig
nificatione, sanè tum affirmatiue sumitur, ut ita sanè, sa
ne, uero, tum pro ualde, ut Ci. Homo sanè nobilis. I. ual
de nobilis, certe quoq; tum affirmsat, ut notū est, tū pro
saltē accipitur, quippe, utpote frequentius caussati
ue sunt, et ponuntur pro nam, et ponuntur aliquando
pro relatiuo, ut ea nos quippe qui nihil cōtemnere sole
mus, nō pertimescimus, uel ea nos, utpote qui nihil con
temnere solemus, nō pertimescamus. Similiter ponūtur
sepius cū ista dictione cum, aliquando nō, ut Cic. Quip
pe cum uiderem hoīes his circumfluentibus abundare,
nonnūquam ponūtur sine cū, et sine relatiuo, ut Quin

tili. Si alienū & ignotum, tamē q̄ cōmuniſ oīm mortaliū, quippe sub uno parēte naturæ cognatio eſt, de ut pote Sall. Antonius aberat ab illo utpote æger & ia-
cēs. Profecto, utiq; certe nimirū, nempe ſanē, ſine di-
bio affirmant, ſed profecto & nempe tā in reſponſione
quā ſine ſolent adhiberi, certe aut ſine reſponſioē ſolū,
ut Cic. Quis h̄ec renunciat, profecto qui interfuit. Idē
Apud quē dico hoc, nēpe apud cū &c. Sanē quando iun-
gitur cū adiectivo, capitur pro ualde, ut ſane nobilis.
ualde. Interdum cum ſuperlativo, ut Suet. in uita Cēſa-
ris, Bellum ſanē difficultimū, aliquando capitur pro ſat-
tem. Certe iunctū cum ſcio & ſimilibus uerbis ſolet mu-
tare e in o, ut certō ſcio, ſicut dicimus maniſto pro ma-
niſte. De idem & is.

IN hoc pronomine idē adnotauit quiddam diſſimile ab
iis. Ibi potest addi copula, hic non potest, quod tamen
affirmare non auſim, ut quamcunq; in ſedem migrat a-
pum rex, in eam & apes ipſe comitantur, at ſi dicam in
eandem, tollam copulatiuam ſic, In eādem apes ipſe co-
mitantur. Nam idem habet in ſe uelut u in copulatiuæ.

De protinus, continuo, statim.

Protinus, continuo, statim, ſignificant, ſubito, &
quādo iunguntur negationi (quod pluribus igno-
tū eſt) ſignificant non ideo, ut Quin. Nec id statim legē
ti persuasum ſit, omnia quæ autores dixerunt utiq; eſſe
perfetta, nēq; id statim, id eſt, non ideo, & ſic in ceteris.
In continuo & protinus eandem uim obtinet inter-

Togatio, ut idem, Cōtinuo ne si ille stulte cogitauit, nos
bis quoq; stulte dicendum est, id est, non ideo.

De facio coniecturam, & capio con-
iecturam, & similibus.

Facio coniecturam, capio cōiecturam, consequor
coniectura, colligo coniectura, coniectura ducor
coniecturo, coniecto, pro eodem accipiuntur.

De non me fallit, & similibus.

Non me fallit, non me præterit, non me fugit, nō
me capit idem significant, quod non ignoro.

De capio spem de te, & similibus.

Capiro spem de te, cōcipio spem, ducor in spem, uo-
cor in spem, idem quod spero aut sperare incipio
repono in te spem, plus quam sperare est, nec tantū spē
habere, sed etiam collocare, & in spe reposita conqui-
scere.

De in mentem uenit, &
similibus.

In mentem mihi uenit, occurrit, mihi succurrat, subit
mihi pro eodem accipimus.

De tandem.

Tandem ornatus caussa ponitur, & habet urgens
quiddam ac accelerans fere, & ponitur cum in-
terrogatiōe, ut Cic. Qua tandem spe sibi tam audacter
obsistunt & pro Roscio, Cum ab eo quæreretur quid
tandem accusaturus esset. Alio modo tandem, i. finaliter
& deniq; ut Vergilius, Iam tandem Italiæ fugientes

40 FARRAGO ELEGAN.

prendimus oras. Eiusdem significationis est demum, ut idem, Tum demum optata gemina super arbore sidunt, et idē intelligatur de deniq; sed plerunq; cum sint multa enumerata, nunc subiūgimus deniq; significātes hoc ultimū esse omnium, ut idem ait Cicero, Cū sibi nō multitudinem militum, non idoneos imperatores, non pecuniam præsto esse uideretur, non deniq; ullam rem quæ pertineat ad bellū administrandum.

De habeo.

HAbes sententiam Brute de ratione dicendi, hec habui quæ dicerem, hæc sunt quæ putavi dicenda hoc tempore, uerba sunt Cic. post materiam aliquā à se tractatam. De quoties, quando, nihilominus.

QVOTIES, QUANDO, Nihilominus pro præterea, ad liquādo pro aliter sēpe ab antoribus frequentatū est.

De alter & aliis.

ALTER alterum impellebat de duobus dicitur, alius alium impellebat de multis dicitur. In plurāli numero magis cum participio conuenit, quam cū uero, ut ibant in pugnā milites alius alium impellentes. Idem de duobus, ut prodibant gladiatores alter alterū intuentes, alter ad unum de duobus refertur, siue ad unum duarum partium, & aliquando capitur pro secundo ex pluribus, ut unus, alter, tertius, quartus, si autē loquimur de duabus rebusterijs, cum demonstratione autē non loquimnr per alter, sed per pronomen, ut hūc illi præponam, & nota diligentissime q; aliis aliquan-

do dicitur de duobus. i. quando plures res uni attribuuntur, ut Sal. loquendo de Cæsare & Catone inquit, Genus, ætas, eloquentia, prope paria fuere, magnitus do quoq; & gloria, sed alia alijs, scilicet gloria fuit, a^z lij. i. Cæsari, & alia alijs, id est, Catoni. Aliquando alter de pluribus, ut unus, alter tertius et alter. Sed nobis nō est permisum sic loqui. ut Pli. li. ii. inquit, De qua ex diuerso conueniunt alteri alterius ingenia, nescio an sit accipiendum sic, unum uni, sicut alter alteri.

Quod tu nec faceres, nec ego permetterem,
non est latinum.

Tu nec faceres, nec ego permetterem, non est latinum, cum utrumq; nec, ad illud tu referendū sit, hoc modo, Tu nec faceres, nec facere posses. Sed si negatio anteponatur, bene diceretur, sic, nec tu faceres, nec ego permetterem. Tale est, si quis dicat, potest cognoscere, partim ex aliorum sermone, partim te edocebit ipse tabellarius. At qui nō sic Cic. sed anteposuit utrumq; partim, sic, partim potes cognoscere ex aliorū sermone, partim te edocebit tabellarius, quod si nobis incipere à partim licet, ad id tota oratio referenda est, unde incipis ita, potes cognoscere partim ex aliorū sermone, partim ex ipso tabellario.

Puto te cum superioribus literis intellexisse, tum ex his intelligere posse. latine dici, & nō potes.

ITem puto te cum superioribus literis intellexisse, tū ex his intelligere potes, dicendum est ex his intelligi

gere posse, præterea caendum est, ne coiungamus uerba quæ diuersam regedi naturā habet sic, Tu mihi nec nocuisti unq; nec adiuuisti me, nec profuisti, nec ego defendi te, nec adiunui. De diu.

DIU nihil est quā longum tempus, ut diu nauigauit per longum tempus. Non diu autem recessi, sed dudum, aut nuper. Aliquando tamen capitur loco nominis, ut Diu est. i. longum tempus est. A diu uenient diutius, diutinus, & diuturnus. Diuturnus uero significat spacium quod diu durat, diutinus similiter. Ideoq; caendum est ne uerba quæ momentaneam actionem significant, his uerbis applies, quale est. Iādiu publicatū opus, iā diu duxi uxorem, sed dicere debes iampridem, licet recte dicatur, Iādiu est opus publicatū. De cōpositis à per-

PEr præpositio nonnūq; in malum accipitur, ut per iurus, perfidusq; qui iuriurādum fidemq; uiolat. Pertinax, q; nimis est tenax, perfuga, qui ad hostes trāsit, perfidus, qui in omne seclus est traditus, percitus, q; iracundia furoreq; est incitatus. peruersus, qui uersatur in malo, & à bono uersus est. perpessus, laborioso passus, sēpe accipitur quasi per medium. perlucidū, id per cuius medium fulgor emanat. perspicuum, id per cuius medium, licet opertum sit, oculos dimittimus, et per cuius medium uidemus, ut crystallus, uitrum aqua & similia. perfluere, per medium alicuius fluere, ut si lagena male materialata maleq; compacta sit, perfluit. i. per cuius medium humor cunctus influit. perpluere per medi-

um alicuius pluere, ut hæc domus perpluit, hoc tectum
perpluit. Et notandum est, q. cū præ in eadē significatiōe
reperiatur, tamē qdā uocabula cū præ iunguntur, nō
cū per, ut præpotens præcelsus præfulgens prædiues,
prædulcis prædurus præclarus præcurtus prælōgus.
Et differt præ à per, quia præ uchementius auget. Nam
prælongus hō prælonga oratio, que enormi longitudi
ne est. Aliquoties iuncta cū uerbo pene nihil differt à sig
nificatione sui simplicis, ut præcludo. i. claudio præcl
lo præmorior præcigo. cuius naturæ etiā est hæc præ
positio re, ut resecore sedido retingo repugo refodio re
promitto retineo.

De numeralibus.

VTuntur oratores frequentissime in prosa his no
minibus singuli bini terni quarterni &c. in plurā
li numero, & in sua propria legitimaq; significatione.
Binus enī siue bini, significat singulis binos, uel singulis
duos. Ternus siue terni, singulis tres. Quarternus singu
lis quarterni siue quatuor & sic de alijs. Et hic est pro
prius usus. In singulari autem numero, & quidem impro
prie, magis poëtæ utuntur, & in aliena significatione.
Septenus enī gurges, nō singulis septem. sed tantū sep
tem. Et etiā plurali poëtæ hac significatiōe abutuntur.
Ut p̄r duodena regit mundi sol aureus astra. Duode
na astra. i. per duodecim astra. Viūtur etiam oratores
frequentiss. necessitatis caussa singulari supradictorū
nominū. quando loquuntur per noīa carētia singulari.

que talia ac sibi similia sunt, Liberi, codicilli, pugilla-
res, nuptiae, arma, castra. Aut si non carent, suntque uel di-
uersi generis, ut nundinum et nundinae, delicum et de-
liciae, uel diuersae significationis, ut haec aedes, et haec
ades, uel diuersi etiam significati, ut epulum et epulae.
Necessarium est autem in talibus nominibus dicere bis
nos codicillos, et ternos et quaternos, non duo, tres,
quatuor ratione dictante. Nam si de diuersis codicillis
loquerer, dicendum mihi sit, duos codicillos scripsit pa-
ter, unu ad me, alterum ad uxorem, illud unum et alte-
rum non haberent ad quos referrentur, cum codicillu
in singulari non reperiatur. Dicendum est ergo unos, que
si unos, ergo et binos, et sic intelligatur in singulis. Non
nunquam oratores utuntur etiam his nominibus in singu-
lari sed per quam raro, ut Plin. lib. XXXVI. Prodigia
sa sunt, que circa haec tradit Theophrastus, autor alio
qui grauis, septuageno coitu durare libidinem contaz-
et tuberbæ, cuius nomen speciemque non posuit. Septuage-
no coitu. i. septuaginta coitib. per singulas noctes. Qua-
re ut magis res aperta sit, recenseamus haec nomina. Di-
cemus igitur in plurali singuli, bini, terni, quaterni, qui
ni, seni, septeni, octoni, noueni undeni duodenii ternide-
ni quaterdeni quindenii senideni uel deniquaterni deni-
quini deniseni denisepteni denioctoni deninoueni. Et ui-
ceni uicenisi singuli uicenibini uiceniterni uiceniquater-
ni, et ita deinceps. Triceni autem mutat g in c, quadra-
geni qui quageni sexageni septuageni octogeni non octu-

*geni (Octoginta enim dicimus, non octuagita) nona
geni, centeni, quæ quidem non syncopatur, sicut sequē
tia, sicut mileni, triceni pro tricēteni, quadrigeni, quæ
geni, sexcenti septingeni octingeni noningeni uel nonge
ni milleni. Quare multi errāt in scribendo treceni pro
triceni, ignorando triceni pro tricentum esse syncopa
tū. Et nota quod à prædictis nominibus ueniat hæc nos
mina, scilicet binarius trinarius ternarius quaternari
us, usq; ad mille, quæ quidem noīa indicat numerum a
liarum rerum, quæ nō nominātur, nō multiplicationē
sui ipsorum, ut homo cētenarius, nō q; sint cētum homi
nes, sed q; habeat cētum ānos. Rursus, nō dicemus cēte
nariam librā, sed cētuplam, nec cētenarium annum. sed
centuplum. Recte tamen dicimus centenarium numerū.
Nam numerus vía complectitur. Hæc noīa decimus, un
decimus, duodecimus, & sic ordinatim centesimus, mil
lesimus, dupliciter exponuntur. Vno modo sic, cētesis
mus, millesimus. i. qui ultimus est ex centum, & ex mil
le. Alio modo sic, tricesimus, quadragesimus. i. qui con
tinet triginta uel quadraginta, ut hoc aruum attulit cen
tesimum fructum. i. fructum centenarij numeri. Et hac
ratiōe appellata est quadragesima, q; quadraginta dī
es continet.

Ars ludicra.

LVdicra secundæ declinationis, & nō tertiae, ut in
lege illa, Qui artem ludicram. i. iocosam.

Dc exuentibus in rius uel in rium.

Nomina terminata in arium, plerunq; significat locum, ubi aliquæ res reponuntur, ut tabulariū locus ubi tabulæ et instrumenta et literæ reponuntur. sacrarium, ubi res sacræ. armariū ubi reponuntur libri, cæteraq; huiusmodi. armamentarium, ubi armamentariū, uasculum quod continet armatum. camarium, ubi calami. penarium ubi penus, hoc est, edita et ad uictum pertinentia. pomarium, ubi poma. erarium, repositoriuū aeris. i. nummorum, similiūq; rerū pretiosarum atq; opum. pennarium, theca pennarum ubi pennæ reponuntur. uiuarium, ubi continentur uel aues uel apes uel pisces uel feræ, quæ duntaxat ad uictum spectant. Sed hæc quæ sequuntur, aliter capiuntur. Nādonaria, significant ipsa dona. seminarium semen ipsū. plantarium plantam ipsam. carnarium, carnem ipsam. Et sic cauendum est in usu horum nominum. Librarius, qui libros transcribit uel aptat.

De euentu, iussu, permisso.

Eventus, iussus, permisso in singulari, masculini generis sunt, et quartæ declinationis. In plurali incurri, et secundæ declinationis. Tull. Si euenta querimus, quæ exquiruntur quibus.

De adiectiuis in bundus.

Nomina in bundus, ut Cafellius iuris consultus et Aulus Gel. sentiunt, id est significat quod participia presentis temporis, cum quadam uehemētia, ut uitabundus, i. uitans, moribundus i. moriens. Vnde pas-

let falsum esse q; in se habcant similitudinem, ut uitabū
qus. i. similis uitanti. Poterat tamen Aulus Gel. accon-
modatum magis producere exēplum, quale apud Sal.
in lugur. Ipse quasi uitabundus per saltuosa loca ex-
tramites exercitum ductare. Si huiusmodi noīa in buna
aus significant similitudinem, quid ita adderet quasi
quod similitudinem imaginemq; significat.

De ablatiis in abus nominum

exeuntium in a.

Hec nomina primæ declinationis tantummodo fa-
ciunt datiuum et ablatiuum in abus, dea, filia, na-
ta, equa, mula, liberta. Cetera autem faciunt prædia
et os casus in is. Cic. ad uxorem & filiam scribens, duaa
bus animis suis dixit, & Curtius de matre & uxore A-
lexandri, dominis dixit, & non dominabus.

De adiectiis in tiliis.

N Omina in tiliis, in silis, in xilis, plæruntq; similem
significationem suorum participiorum retinēt, à quib;
bus nascuntur, & in quæ resoluuntur. Vas fictile quod
fictū est. Pensilis res, quæ pensa est. Flexilis ramus, q;
flexus est. Et si descendunt à neutrīs, resoluūtur in par-
icipia præsentis temporis, ut aīa uolatilis, quasi uolās.
Altilia quæ aluntur. Aliquando autem supradicta om-
nia resoluuntur in participia præsentis temporis, qua-
lia sunt neutra, ut anima uolatilis, quasi uolans, & qui-
dā uolatilia uolucres uocāt, qualia uolāt, ut altilia aīa
lia q; alūtur. Seſiles lactucæ, quasisedētes, quod licet

à participio non ueniat, tamen eiusdem naturæ est, cù
in significatione consentiat.

De gerundijs.

Differunt gerundia à participijs, quod ipsa significant rei administrationem sine tempore, illa uero temporis sine rei administratione, ut tenet me occupatio iuris dicendi, gerundum est, nec tempus significo futurum, sed rei administrationem, hoc est, in iure dicendo. Participium est futuri significatiuum sine administratione rei. Multa inueniuntur quæ à uerbis non ueniunt, tamen participijs similia sunt significatione, ut participia in nomen transeuntia, & sibi similia. ut putauit ad scribendum, existimauit hanc rem tractandam, censuit ibi illud significandum. i. dignum scribi, tractari, significari, quæ oratio idem ualeat, quod scripsi, tractavi, significavi, sed non sine deliberatione tamen & inconsulto. Antiqui autem oratores dicebant, oratum te uelim, rogatos uos uelim, pro eo quod est, oro & rogo.

De minus.

Minus, pro non semper accipitur, frequentissime tamen iuctum aut cum sin, aut cum quo pro ut, ut sin minus. i. si non, quo minus, ut non, sicut quo secuus, etiam pro ut non.

De demum.

D Emum iuctum cum is ea id, uel cum ita, accipit solet pro solum. Cice. in Sall. Ea demum magna uoluptas est. Ita demum satis facias, et quandoq; capitur pro om

nino, ut Plin. de hirundine dicens. Ea demum sola auius non nisi in uolatu pascitur.

De potus & potio.

P Otus uini & aquæ, potio uero à medicis datur & grotanti, non nunq; tamen unum pro altero accipitur.

Quod omnis genitiuus aut actiue capitur, aut passiuem, aut possessiuem.

OMnis genitiuus aut actiue capitur, aut passiuem, aut possessiuem. Actiue, ut prouidentia dei, quia deus prouidet. Passiuem, ut timor domini, quia dominus timetur. Possessiuem, ut sedes domini, regnum dei. Vnde notandum est, ne in his genitiuibus utendis decipiamur, q; hitres genitiui singulare s triu; pronominu; mei tui sui, semper apud autores accipiuntur passiuem, alij uero tres, scilicet mis, tis, sis, semper possessiuem, quamquā iam ex oleuerint, ut amore tui facio, i. quia te amo. Ter. Hoc unum scio, hanc meritā ut memor esses sui. Ex quo patet non latine dici, mei filius, ut Priscianus ait, nec signum mei, ut notarij faciunt. Sed tunc recurendum est ad possessiuam, ut meus filius, signum meum. Tul. ad Att. Solius enim meum peccatum corrigi non potest. Et in psalm. Audi uocem meam clamantis ad te. Et in Euan. Tu am ipsius animam pertransibit gladius. Similiter in plurali hi duo genitiui, scilicet nostri et uestri, semper passiuem, ut habete curam nostri, sicut nos habemus uestri. Non autem nemo nostri, nec nemo uestri. Et notandum, q; in his genitiuibus tam nominum quā pronominū,

50 FARRAGO ELEGANTIARVM

est intellectus ambiguus, ut amor dei, charitas patris,
suspirio uxoris, dubium est de utro loquaris, an de amo-
re quem deus in nos, an de illo quem nos in se habemus,
et sic de alijs. In pronominibus autem faciunt dubitatio-
nē hæc quæ sequuntur, quia indifferenter ponit possunt
causa mea, et causa mei, fama mea et mei, imago mea
et mei, potestas mea et mei. Item notandum, q̄ hi genti-
tui mei, tui, sui, nostri et uestri, siue per se, siue in posse-
sius inclusi, nunq̄ suffinent consortiū substatiui, Vnde
male dicitur, Causa mei Boni Accursij sic fecisti, et so-
lius a selli tui peccatiū corrigi non potest, sed semper ab
ijs cienda sunt substatiua. Iunguntur autem recte cū parti-
cipijs, gerundijs, et frequentissime cum his tribus adic-
tuiis unius, solius, ipsius, ut i exēplis prædictis, sed sui
aptius iungitur cū cuiusq; ut uelle nosse quæ sit sua cu-
iusq; senectia. Multoties tamē iungitur, et recte quidem
cū his adiectuiis duo, tres, quatuor, omnis, plus, et si
qua adhuc sunt, ut uestrā duoru uel triū uel oīm uel plus
riū operam desydero, pro uestrum. Notandum est, q̄ mea
tua, sua, et cæ. cum his uerbis iterest et refert, nō à par-
te ante, sed à parte post ordinatur, nō aliter q̄ cum dicimus.
hoc interest illius, quasi hoc est officium illius, ita
hoc iterest mei, si liceret dicere, pro quo dicimus mea.
Quare illa uerba personalia esse q̄s dubitat? Cum oī-
nia sint plena exemplorū, sed sufficiat unū. Ci. pro Plā-
co. Sed quia mea minus interest, id te forte magis deles-
stat. Ex quo argumēto apertiſ probatur illos genitiſ

uos superius numeratos, semper poni passiue. Vnde illa
Iud colligitur ad hanc interrogacionē, Cuius hominis
est hoc opus: responderi debere, meum, tuum, suum, non
mei, tui, sui. Vergil. Cuius pecus: an Melibœi?

De nostras, uestras, cuias.

Nostras, uestras, cuias, non tantum patriam natū
nonemq; innuunt, sed etiam partes, et quasi sectā,
ut ciuitates philosophi uos estis? Stoici ne? an Academici?
ci? an Peripatetici? an nostrates? an Epicurei?

Cum quibus præpositionibus iun
gatur gerundium.

Medium gerundium iungitur frequenter cū his
præpositionibus, ad, ob, propter, inter, in, ratiō
cum ante, ut ego ueni ad te, uel propter te redimen-
dum. Internauigandum, pro in nauigando. Ver. Et in
ter agendū Occursare capro (cornu scribit ille) cauento.
Et ad capiendum hostem, & in capiendum hostem, ad te
domandum. Ultimo gerūdio adduntur hæ præpositio-
nes infreuenter, sed certe rarius de, ē, ex, à, ab, & cū
in, ut in nauigando. Quintil. de apte dlcēdo. Tul. Quid
cogites de transeundo in Epirum, scire sanè uelim. Ex
defendendo quam ex accusando huberior gloria com-
paratur. Cicero. Siue amor, siue amicitia, utrumq; enim
dictum ab amando. Plinius posterior, Cum à scribendo
uacaret. Quintilianus, Sed ratio recte scribendi iuncta
cū loquēdo, potest enī poni absolute sine præpositiōe ut
hos accusado, illos occidēdo, totā ciuitatē labefactastis.

Hoc gerundium Soluendo, non solum semper ordinatur sine præpositione, significat satisfacere pro eo quod obliges, siue pro pecunia, siue pro remuneratio ne, sed semper sult post datuum, ut Quint. Pauperi sol uendo non sumus iniqui. Notandum quod quodlibet gerundium elegantius potest transferri in participium transiens in uim nominis. Exemplum primum, ut ego sit ibi causa fruendi principatu, prouintia, siue imperio, gerundium est, et mutatur sic. Ego sum hic causa fruendi principatus, & fruendæ prouinciae, fruendi imperij. In plurali similiter molestia educandorum filiorum, locandarum filiarum, colendorum prædiorum. Exemplum secundi, Eo ad salutandum fratrem, sororem, & fidus. Mutatur, Eo ad salutandum fratrem, fidus, & sororem. In plurali, Eo ad salutandos fratres, ad salutandas sorores, ad salutanda sidera. Exemplum tertij. Tu delectaberis inferendo criminibus inferendis. Item do operam rebus agendis, aiunt agendis esse gerundium datiui casus, & numeri plura lis. Item haec uerba quæ sequuntur, scilicet loco, mādo euro, habeo pro debeo, facio, rapio reseruo mitto recognosco, emendo consolor, punio (ut aiunt) construē tur cum gerundio sine præpositione. Sulp. Locarent se pulturam faciendam. Suet. Mandabat gladiatores uitapiendos, reseruandosq;. Cic. Literas ad te misit, mitendasq; curauit. Plin. Petis ut libellos recognoscens dos emēdandosq; curem. Suet. Ut consolando eos mas

gis imperator quam puniendos habuerit. i. debuerit.

Quid inter amandum & ama-
tum interficit.

Inter amandū & amatū hoc interest, q̄ supinum sc̄m
per ordinatur cum uerbo significante motum, gerū
dium non semper. Sal. Legatos ad Iugurtham questum
de iniurijs misit.

De infinitiuo modo actiui.

Infinitius modus actiui, sic ordinatur. Video te ac
cusatū ire me, nunc præsentis temporis est. Video te
accusaturum me esse, nunc futuri temporis est.

De infinitiuo passiui.

Infinitius passiui sic ordinatur eleganter, Video me
abste accusatum iri, in quo cūq; uerbo. Video me ab-
ste accusatum esse, in omnibus uerbis, præter illa quæ
respiciunt futurum, ut timeo, metuo, uereor, spero, cu-
pio. Quare male dicitur, Cupio culpam meam celandā
esse, sed celatum iri, bene dicitur.

De uisu & auditu, quando sunt no-
mina, & quando supina.

Differentia est inter uisu & auditu nomina, & ui-
su & auditu supina, & inter cætera similia. Nā quan-
do sunt nomina, regunt casus, & reguntur etiam à uer-
bo & participio, ut careo toto uisu oculorū, antea pri-
uatus auditu aurium. Quando autem non possunt rege-
re casus, & cætera, sunt supina, ut facilis uisu est, ut ui-
deatur, affabilis dictu, ut dicatur. incredibile memora-

tu, ut memoretur, digna auditu, ut audiatur.

De Participijs cum substantiuantur.

Participia cū substantiuantur, neutri generis sunt
ut accidens, contingens, antecedens, & consequēs,
decens, præsens, continens apud rhetores pro firmamē
to orationis, sed oriens, occidens, profluens pro flumine,
confluens masculini generis. Continens pro terra qua
non est insula, ut de Sicilia ad continentē parum inter-
capedinis est, & animans fœminī generis sunt. Plima-
ior libro VI. Alynnum à proxima continentē abest. Cī
cero, Requirat atq; appetat, ad quas se applicet sui ge-
neris animantes. Nonnunq; tamen hoc nomen in neu-
tro genere reperitur, sed magis in plurali. Istud parti-
cipium consonans aliquando capitur substantiue pro li-
tera non uocali. Pregnans nescio unde sit participium.

De circiter.

Circiter, ad tempus & ad numerū & ad locū per-
tinet, ut circiter Calendas Ianuarias, circiter du-
ūm milium militum, circiter decem miliariorum. Cassi-
us Hemina, Lapidem fuisse quadratum circiter in mea-
dia arce iunctum, candelis quoq; uersum.

De hei & heu.

HEI & HEU idem sunt, sed hei cū datiuo, heu cū ac-
cusatiuo iungitur, ut hei mihi, heu me.

De en.

EN cū nominatiuo & accusatiuo. Eccc apud Rhet-
ores, raro cum accō. sed semper cū nominatiuo.

De ecum & ellum.

Ecum & ellum cum accusatio, & resoluuntur per aduerbia, ut ecum Parmenonem, id est, ecce hic Parmeno. Ellū Parmenonē. i. ecce illic Parmeno.] De hac oratione, Me ne incepto desistere? & similibus.

Vergilius, Me ne īcepto desistere uictam, Nec posse Italia Teucrorum auertere regem? Cice. Me miserum in tātas calamitates mea culpa incidisse? In his & similibus orationibus intelligitur, Verēne ita est, me non posse Italia auertere regem Teucrorum? Plin. Iunior, Hominem ne Romanum ita grāce loqui? id est, uene ita est? Iste est nimis iuuenis ad dandum sibi tale negotium, non Latine dicitur.

Male dicitur, Iste est nimis iuuenis ad dandum si bitale negotium, sed recte dicitur, Iste est nimis iuuenis aut iunior, quā ut sibi detur tale negotium, uel est iunior quam cui tale negotium detur.

De in diem & in dies.

In diem & in dies differūt. Nā in diem, est quasi p̄f sentis diei habere rationem, nihilq; cogitare de crastino, ut Sal. Panem in diem mercari. Sed plāerunq; cum hoc uerbo viuo coniungūtur, ut in diem uiuit. In dies idem quod quotidie, sed proprie cū quodā incremento, ideoq; plāerunq; iūgitur cū comparatiuo, ut cū in dies malum arctius p̄cmeret, aut cum uerbo significante incrementum, ut Liuius, Crescente in dies multitudine. Quæ quidem exempla licet etiam dicere per quotidie,

¶ per singulos dies, cum idem significant, ut Cice. ad Atticum, Quotidie uel potius in singulos breuiores li- teras ad te mitto. Eandem differentiam habent, in horā, & in horas, quā habent in diem & in dies, nisi quod nō cōiunguntur ad incrementum. Cice. in Philip. hæc ait. Nec qui in horā uiuunt, nō modo de fortunis & bonis ciuium, sed ne de utilitate quidem sua cogitauerūt. Vergil. Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas.

De propediem.

P Ropediem est quasi prope indies, quādo hoc fieri.

De in primis.

In primis potens, si de masculo loquaris, intelligitur inter primos, si de fœmina, iter primas, si de neutrō, inter prima.

De facio te certiorem.

Facio te certiorem, non certum dicimus, duntaxat in prosa semper per hoc uerbum facio. Similiter in sequentibus orationibus dicimus, Facio tibi gratum, facio ludos, rē diuinam, sacrificium, solennitatē, iter, viam, nunquā ago dicimus, feci tibi copiam rerum mearum, feci tibi potestatem uendendi res meas, nunq̄ dedi, aut præstati copiā, feci lucrum, non autem acqui- siui lucrum, fecit urinam, stercus, non autem emisit, feci fugam, q̄ ego fugi alterum, non q̄ alter me fugerit.

De frango.

FReginauim, brachium, eleganter dicitur, sed ineleganter, nauis uel bracchium est mihi fractum.

Terent. Is nauim fregit apud Andrum insulam.

De accipio.

Accepi molestiam, cladem, cohtumeliam, uulnus iniuriam, dedecus, ignominiam, non autem paſſus sum, accepi etiam uoluptatem, gaudium, lētitiam.

De conuenit hoc mihi.

Conuenit hoc mihi, aut conuenit hoc nobis. i. de cēs & conueniens est. Conuenit hoc inter nos. i. controuersia caret. Conuenit mihi hoc tecum. i. sine controuersia est inter nos, quod ego dixi. Conuenit tibi mecum. i. sine controuersia est inter nos, quod tu dixisti.

Quod uidcas, uidere licet, & reliqua pro eodem modo accipiuntur.

Videas, uidere licet, licet cernere, cernere est, pro eodem accipiuntur. Cice. Licet ora ipsa cerneret oratorum.

Veni in opinionem.

Venio in opinionem, tam actiue quā paſſiue dicimus, venio in ſuſpitionem, in obliuionem, in uituperationem, ſemper paſſiue accipi ſolent.

Loco patris.

Habeo te in patrem, tu es mihi in filium, accipio te in fratre. ut Ex illa hora accepit diſcipulus matrem domini in ſuam. Sic loqui placuit ecclesiasticis nostris more græcorum, unde hæc ſumpta ſunt, nobis autem ſic loqui licet, Habeo te patris loco, uel pro patre. Tu es mihi loco filij, uel pro filio. Accipio te loco fras

Tris, uel pro fratre. Si uero de patre et filio loquamur,
sic recte dicendum est, Ego ero illi pater, ipse erit mihi
filius, non autem, ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi
in filium.

Quot modis una eademque res dicatur, quo &
quem finem sibi quis proponat.

Enī Picurus oīa terminat uoluptate. Zeno cuncta fī
nit honestate, Hieronymus uniuersa determinat, defi
nitque indolentia corporis. Carneades singula metitur
naturae bonis. Aristippus nil nisi ad commodum suū re
fert. Pyrrhon nihil relinquit, quod non reuocet ad sciē
tiam, Ille summum bonum in gula constituit. Ego bonū
ipsum pono in dilectione dei. Tot igitur uerbis unam cā
demque declaremus.

Nihil ad Catonem.

Solēt autores his oratiōibus uti, Cæsar et Scipio fu
serunt uiri præstantiss. sed nihil ad Catonem. i. nihil
ad comparisonem Catonis. Quale est, cū subintelligi
tur pertinet, ut hoc qd ad te subintelligitur pertinet.

Inter agendum, inter actionem in agendo.

Inter agendum, inter actionem, in agendo. Inter cœ
nandum, inter coenam, in coena, super coenā, inter cō
sulendum siue consultandum, inter consilia siue consul
tationes, in consulendo siue in consultando.

Facio et afficio.

Facio tibi iniuriam, facio tibi cōtumeliam, afficio
te iniuria, afficio te cōtumelia, facio tibi molestia

Nō ita libenter dixerim, ut afficio te molestia.

Memoria teneo, memoriter pronuncio.

MEmoria teneo, nō memoriter teneo. Narro uel
pronuntio memoriter, non memoria. Comple
ctor tamen memoria et memoriter, repeto memoria et
memoriter. Est enim memoriter quod literatores no
stri imperiti dicunt, cordetenus & mentetenus.

Impono tibi hoc oneris.

Impono tibi hoc oneris, notū est quid significet. i. af
ficio te hoc onere, impono tibi, idem est quod decipio
te. A quo uerbo uenit hoc nomen impostor impostoris,
dicuntur enim impostores qui alias uerbis magna polli
centibus, incantationibusq; seducunt, & decipiunt.

Ad me spectat.

Ad me spectat. i. ad me pertinet, ad mortem spes
stat. i. ad mortē tēdit. Cic. li. 3. Off. Ad extremit
fi ad perniciē patriae res spectabit, patriae salutē ante
ponit saluti patris. Quint. Et quod ad pessimū spectat
euentum. De cōmitto cum negationē uel q̄obrem.

Notandum quod hoc uerbum cōmitto cum nega
tione sequente, uel quāobrem siue simili dictiōe
semper in oratione accipitur in malam partem, ut Cic.
Non committes, ut dicendum sit non putaram. Idem, Cō
syderare debes nihil tibi esse committendum, quāobrē
eorum quos laudas, te non simillimum præbeas.

Non me occupato, sed occupatus, latine di
cendum est.

ME occupato in negotijs studere non poterā, uel
me occupato in negotijs, libertas mihi studendi
non erat, rariſime latine ſic loquimur, fruſtra enī poſ
nuntur illi ablatiui, ſed hoc modo elegantius, occupaſ
tus in negotijs studere non poteram, uel mihi in negotiis
is occupato libertas studendi non erat.

De intercedere.

Intercedit mihi tecum amicitia, affinitas & neceſſia
tudo, id est, amicitia, affinitas, neceſſitudo inter nos
est media quædam, quæ conciliat. Cato interceſſit, hoc
est, in medium ſe uerbis & ui opposuit.

Hic non est cum illo comparandus.

Hic non est cum illo comparandus, melius de mino
re ad maiorem dicitur, quam è diuerso, ut Vergi
lius cum Homero, non Homerus cum Vergilio.

Amare inuicem, mutuo, pariter, inter ſe.

AMAMUS nos inuicem, amatis uos mutuo, amāt ſe
pariter. Cum uero adhibemus præpositionē in
ter, tollimus accusatiuum, qui regitur à uerbo, ne tur
pe fore ſi replicaretur ſic, AMAMUS inter nos, non au
tem amamus nos inter nos, amatis inter uos, amant
inter ſe. Cicero de amicitia, Nec ſolum inter ſe diligent
& colent, ſed etiam uerebuntur.

Qualiter ſit accipiendum, ſuperioribus diebus
ueni in Cumanum.

SVPERIORIBUS diebus ueni in Cumanum, et iterū paſſ
cis diebus pontifex factus eſt, & in futuro, paucis

diebus eram tabellarios missurus, hæc Cicero, & itea
 rum triduo aut ad summum quatriduo periturum, non
 est accipiendum per superiores dies, & per paucos dia-
 es, per triduum & quatriduum. Aliquando in huiusmo-
 di genere sermonis omittimus post, sic, intra decem dia-
 es, quam uenit, confecit omne negotium. In paucis diea-
 bus quam Rhodus appulit, uxorem duxit, id est, post
 quam appulit, post quam uenit.

Quid est animal nisi corpus cum anima concre-
tum recte dici, Quid est animal quam cor-
pus, non recte.

Quid est animal nisi corpus cum anima concre-
 tum, recte & latine dicitur. Quid est animal quam cor-
 pus cum anima concretum, non recte, adde aliud uel al-
 liter, uel secus, & utroq; modo licebit dicere, Quid ale-
 ud est animal quam corpus? uel nisi corpus? Cice. Quid
 aliud Gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ res
 pugnare? Idem fit per Comparatiuum, Quid est melius
 quam gaudere, uel nisi gaudere.

De præterq; & nisi, & quam, tantum
 & solum.

Praeterquam eandem uim proprie obtinet, quam nia-
 si, cuius exempla ueluti facilia prætermittamus,
 illud tamen unum admonentes, ubi est, præter, ibi loci
 habere præter quam, ut nullius rei sum auarus præter
 laudem, uel præter quam laudis, uel nisi laudis, nulli pla-
 ces, præter quam mihi, uel præter me, uel nisi mihi, que-

ditiones exceptiæ sunt, nec orationem unquam universalem esse permittunt, quod etiam facit tantum et solummodo & tantummodo dictiones exclusiæ, præter semper accusatio iungitur, nisi & præterquam & quam casus similes referunt.

Hic mihi gloriatur & similia.

Hic mihi gloriatur, ecce tibi Franciscus Marlianus noster, tu mihi semper dormis, ille mihi assidue sedet, ille datiuus mihi & tibi, nec ad me nec ad te, nec ad quemquam refertur, sed sic uulgo utimur.

De ausculto.

A usculto te, id est, audio te, Ausculto tibi, id est, obedio tibi, & sic de audio, ut audio tibi, id est, obedio tibi, sed hoc raro inuenitur, qd apud scriptores profæcō rationis tale genus nō memini me legisse, inde est quod obedio unū ex compositis ab audio, postulat datiuum.

De incumbō remis.

INcumbo remis solummodo dicimus, & sine translatione, cū alijs autē dictiōibus tripliciter variamus. Et per translationē, ut incumbō studijs. i. incumbō ad studia & in studia. Nam ut remiges incumbunt remis significatur diligentia & conatus, ita cum accuratius quidem agimus, incumbere dicimur, quemadmodū econtrario supini dicentur, qui negligenter agunt.

De oportet legere seu legi libros.

O Portet legere seu legi libros, expedit euoluere seu cuolui autores, utile est cognoscere seu cognosci

plurima, hoc modo per passuum magis ars grammatica, sed per actuum magis autoritas probat.

De non uidetur tibi quod benefaciam.

Non uidetur tibi quod benefaciam, & mihi non uel detur quod bene loquaris, rusticanus hic sermo est & agrestis. Eruditi enim sic loquuntur, non uidetur tibi benefacere, & tu non uideris mihi bene loqui.

De trajecto.

Trajectio exercitum i. transporto exercitum trans mare, uel trans flumen, trajectio mare uel flumen, i. transeo. Aliquando utrumque coniunctum, ut Luius Traiecit copias Iberum.

De do tibi literas.

Do tibi literas tanquam tabellario, do ad te literas scilicet ad te perferendas. Aliquando haec duo coniuncte sunt, ut Cicero, Dedi illi ad te literas, ergo qui misit literas, dat, cui literae dantur, si perfert, reddere debet, sicut ille ad quem dantur, accipere.

De referto tibi.

Refero tibi, id est, narro, referto ad te, id est, consultationem fero. Vergilius tertio Aeneid. Continuo ad Troiae proceres primumque parentem Mostrae deum refero, & quae sit sententia posco. Si in prosa sed per cum ablativo, de omnibus his referam ad senatum, id est, ad consilium senatorum feram. Aliquando ponitur pro reporto, ut Quintilianus, Ad patrem armans retuli, id est reportauit.

De decet, iuuat, et conducit.

D Ecct, iuuat, conduit proutile est, et habent suā
personalia, ut hæ uestes decent nos, cibi isti iuuant te,
studia secreta conducent.

De componementis.

C Omponentis, compos animi, cōpos rationis, cō
pos sanitatis, id est, q̄ habeo mentem, animum, ra
tionem, sanitatem, ac compos uoti, cōpos uictorie, cō
pos optati, q̄ hæc opera mea atq; labore obtinui, obti
neōq;.

De uter utrum accusat.

V Ter utrum accusat latine dicitur, sed quando cō
ponitur cum q; aut ne, ordinatur cum hac dictio
ne alter, ut Cicero, Vterq; suo studio delectatus con
tempsit alterum. Quintili. Cum enim uterq; alteri obij
ciat, palamq; utrung; fecisse.

Quod neuter neutri non latine dicatur.

D E Neuter Quintilianus, Ita fit, ut cum & quali cū
rā linguam utramq; tueri cōperimus, neutra alteri of
ficiat, quare male dicitur, neuter neutri bellū intulit,
sed neuter alteri. Illud autem Terentij in Phormione;
Vter utriq; est cordi, hoc sit more poētico. Item ut dici
mus, Vter utri inter duo, ita quis cui, inter plura, ut Ci
Quid cui ponendum sit.

Salve tu primus omnium patriæ

parens appellatus.

S Alue tu primus omnium patriæ parens appellatus

tuus, adiuua me tu uir optimus. Et in psalmo. Domine deus noster. In his & similibus orationibus intelligitur re latium qui, & uerbum es, ut qui es uir optimus, sed me lius totum ponitur in uocatio, ut adiuua me tu uir optime.

De tanti & quanti.

Tanti & quanti & ab eis composita tantidem & quantilibet, & quanticunq; & hæc cōparatiua pluris & minoris, sola querunt in genitio casu adiungi cum his uerbis, emo, uendo, mercor, comparo, æstio taxo, liceor, addico, distraho, metior pro æstimo, constat, conduco, loco, fœneror, pango, pacifcor, pango quando facit pepigi, postulo, condemno, & si qua alia similis significationis, ut Ter. in Eunicho, Quid agas, nisi ut te redimas captum q̄ que as minimo, & si neque as paulo, at quanti queas. Ci. Aiebat te tādem æstimasse, quanti sacerdotem. Iuuen. Quanticunq; domus cōstet. Cic. Non pluris uendo quā alij, fortasse etiam minoris. Alia autem omnia que cunq; sint in ablatio, cum prædictis uerbis semper assiciantur, ut Verg. Vendidit hic auro patriam, dominumq; potentem. Ex animumq; auro corpus uendebat Achilles. Male enim diceretur, vē didit hic patriam auri. Et notandum est, quod quando prædicta quatuor nomina ponuntur in genitio, semper eorum substantiua abiiciuntur, unde male dicereatur, Quantip̄ pretij emisti. Quoties autem hæc nominatur,

substantiis maritantur, formam naturalem ex legem
uerborum custodiunt, excepto tantidem, quod ablatis
nō caret, ut Iuue. Quāto metiris precio, ut colligatur
multoties in interrogatione responsonem fieri per dis-
similem casum, ut quanti emisti? respondetur, maximo
precio, eadem tanti & quanti. Et duo positiva magni et
parui sola in genitio iunguntur cum illis geminis uer-
bis interest & refert, ut magni refert, et parui refert.
Et non modo id naturae habent cum his duobus uerbis,
uerum etiam cum multis alijs, ut magni aestimo, parui
facio, paruipendo, quantifacio, tantifacio, sed cum hu-
iusmodi uerbis nonnunquam alia nomina iunguntur, ut
plurimi aestimo.

Meo nomine.

ME noīe, tuo noīe, hoc nomine, pro mea tua hac
causa, hoc est respectu, capiuntur. De uelut et sicut
VElut, ueluti, quasi, tanquam, ceu, proprie imagi-
nem innuunt, sicut & sicuti similitudinem, exem-
plum, Tu irasceris tanquam leo, quasi canis, uelut ur-
sus metaphora est, Tu irasceris sicut, uel sicuti leo, com-
paratio est, ibi enim dico te leonem, hic autem te locum
similem. Ut & uti communia sunt, & ad metaphoram
& ad similitudinem, ideoq; his recte utimur in utroq;
ut præterea accipitur pro quippe, sequente relatio q;
ut, Nec ignoro igitur quo transeo, neq; uti damno, ut
qui dixerim esse in omnibus utilitatis quid. Ut etiam

toties ponitur pro quām uel quantum, sequente ita uel non. Ci. de ora. Hoc ut breuiſſime dici potest, ita à me dictum est, ut inquantum.

De quōd et quo.

Nemini dubium est, q̄, resolui pro quia, et, quo, pro ut. His diſtioneſibus quod et quia cauſa efficiens demonſtratur. Iſtæ autem quo et ut cōpetunt caita finali, exemplum, non castigo te, quōd odio habeam, sed quo te meliorem efficiam. In primo membro est cauſa efficiens, in ſecundo finalis. Mutemus iterum cauſas. Sic, Non castigo te quo uoluptatem ex cōtumelia tua cōtraham, sed quōd meliorem reddam. Vbi eſt quōd, illuc potest poni quia, et ubi quo, illuc ut, Quare in hiſ diſtionebus utendis, cauendum eſt quām diligentiſſime.

De duntaxat.

Duntaxat licet idem penè ſignificet quod ſolū, tamen ferè aliter in oratione diſponitur, nec recipere ſolet poſt ſe, niſi raro illa, ſed etiam, ut ſolum, ut tantū, ut modo faciunt. Cicero de Oratore, Ita loquemur, ut extra datus duntaxat ei, quæ nos uſus docuit. Quintilianus in undecimo, Ergo cum iudex in priuato dicere de cauſa iuſſerit, leuiter eſſe conſurgendum duntaxat in iudicijs. Titus Liuius tamen libro quadragesimo ſexto ſic hac diſtione ſemel uſus fuit, Nec animū duntaxat nobis fidelem ad bonum præſlitit, ſed omnibus interfuit bellis que geſtiſtis, ſed hoc, ut dixi, parrarum eſt.

De quandoquidem, & quando, & quatenus.

Quandoquidem & quando idem significant, & significant quoniam. Quintilianus, Quādo igitur orator est uir bonus, is autem circa uirtutem intelligi non potest. Eiusdem significati est quatenus. Plin. iunior. Et quatenus negatur nobis diu uiuere, relinquamus aliquid quo nos uixisse testemur. Sed Cice. dixit quatenus pro inquantum, sicut etenus pro intantum, ut in Lælio, Llendum est, quatenus amicitiae tribuendum est.

De igitur, & ergo, quare &
quamobrem.

Igitur atq; ergo breuioribus adhibentur conclusiōnibus. Quare quamobrem maioribus.

De adeo, usq; adeo, usq; & tanto.

Adeo, usq; adeo, usq; eo significant in tantum, nō nunquam sequete ut, ut Quin. Nusquā adeo prō nobis sollicita lex est, ut quod p̄r̄stat, extorqueat. Nō nunquam ponuntur sine ut, & multi exponunt prō ualde. Ut Teren. Iuuenem adeo nobilem. i. ualde. Ver. Usq; adeo turbatur agris. De quin & quintiam.

Quin capitur pro quinetiam siue pro atq; etiā, quin pro ut non, & tunc desyderat uerbum subiunctiuū non principale. Ver. Hic tibi ne qua morē fuerint dispendia tanti, Quin uatem iſanam aspicias, quin pro cur non, semper interrogative, & per indicatiuum. Ci- pro Rab. Quin cōpescitis istā uocē indicem stultitiae, te stem prauitatis?

De secundum.

Secundum capitulū his modis pro iuxta, pro post, pro
eo quod est pro, & pro in, quorum omnium legen-
do exemplū inuenies, ut secundum te litem do, secun-
dum me iudica, id est pro me, & secundum quietem i.in
quiete somni, secundum Platonem, secundum Pythago-
ram, sensus hic notissimus est.

De iam & iametiam.

Iam aliquando capitulū pro tunc, aliquādo pro prae-
terea, quasi modus quidam inter sententias. Vergil.
Iam maris immensi prolem et genus omne natantum. Iā-
narias pelagi uolucres. Idem efficiet iunctum cum ues-
tro. Iam uero urbibus constitutis. Iamiam de futuro pa-
lam est, quid significet, ut iamiam aderit, & de præsen-
ti, licet ad futurum resoluatur, Iamiamq; manu tenet
& premit hasta, quasi nunc nunc tenebit. Per misera-
tionem & indignationem, et per exhortationem capitulū
multoties.

De tantisper & dum.

TAntisper ferè postulat post se dum pro donec sis-
tue quandiu. Nam & donec duobus modis accipi-
tur, Dabo operā uoluptatibus, donec moriar. i. usq; ad
mortem, & dabo operam uoluptatibus, donec uiuo, id
est, quandiu uiuo, eiusdem naturæ est dum, ideoq; in pri-
ore sensu amat subiunctiuū, in posteriore indicatiuū
more donec, ut Cic. Deinde est in carcerem ductus, ut i-
bi esset tantisper, dum aculeus in quem deferretur, cō-

FAR. ELE.

pararetur. Sunt tamen qui pro tātummodo accipiunt. Sunt etiam qui pro interea, cetera quoq; sic à per com posita ad temporis breuitatem referuntur, parumper paulisper, aliquantisper.

De fere & temere.

Ferè multoties accipitur pro penè, sed significatio est paulum absuit quin, ut ferè in manus hostium incidi: i. paulum absuit quin in manus hostium iciderē. Pro ferè accipitur temere apud omnes post Cic. natos, ut Quilitianus, Illud ingeniorum uelut præcox genus, non temere unquam peruenit ad frugem.

De citra, quoties, interim, pro culdubio, & obiter.

Citra pro sine, ut ibi, plusq; si separe usus sine doctrina, quām citra usum doctrina ualeat. Quoties pro quādo. Interim pro aliquādo. Proculdubio sine du bio. Obiter interea.

De hoc magis, & eo magis.

Hoc magis, & eo magis, idem est quod tanto magis. Item quo magis, idem quod quanto magis.

De itidem & item.

I Tidem & item significant id quod similiter.

De ita & itaq;.

Ita & itaq; quiddam simile habent. Itaq; due dictio nes sunt.

Cur ab itum fiat atio.

LAVRENTII VALLAE.

S Vpina uerborum prime coiugationis in itum, uel in etum non faciunt uerbalia in itio, uel in etio, sed in atio, ut ueritatum ueratio, cubitum cubatio, non cubitio, frictum fricatio non frictio, &c. præter seco, quod facit frequenter sectio, q̄ seccatio. De nunq̄, nequaq̄ et nuspiā

N Unquam pro nequaquā, & ipsum nequaquam, & nuspiam simplicem negationem indicant, id eōq; uno uerbo contenta sunt, ut nequaquā ueniam, nec ubi non simplicem, id eoq; duplēx uerbum postulat, uero necubi mihi obuius fias, id est, ne alicubi.

De perinde, & proinde, & subinde.

P Erinde significat ita, et frequenter flagitat post se ac si, ut fac perinde, ac si tua res esset, et aliquādo postulat quām præcedente negatione, ut Suet. de uitā Domitianī. Nulla tamē in re perinde motus, q̄ responso Aschitarionis mathematici. Proinde idem est quod indeo. Subinde reperitur pro deinde, & pro identidem, siue frequenter cum quodam interuallo.

De bene & male.

B Ene & male, optime & pessime multoties accipit unetur proualde.

De intra & infra.

Intra et infra differunt, nam intra ad numerum et ad spacium refertur, ut intra uiginti dies, & intra muros, non autē infra uiginti dies, uel infra muros dicimus, infra ad dignitatem & locum, ut infra dignitatem

72 FARRAGO ELEGAN.

me amest & infra tectum.i. subter tectum. deniq; intra
habet relativum extra, infra uero habet supra relativum,
super quoq; relativum habet subter.

De ultro citroq;

VLtro citroq; in factis & in dictis. Cice. in sexto
de R.P. Multisq; uerbis ultro citroq; habitis, il
le nobis consumptus est dies.

De uicissim, inuicem, mutuo.

VIcißim, mutuo, & inuicem pro eodem accipi sa
lent, ut Cice. Fac me mutuo diligas. i. fac ut mihi
in amore respondeas, uel fac me uicissim uel inuicem di
ligas. Capiuntur aliquando ex præsertim uicissim apud
Cic. & fcrē apud maximos autores in alio significato
pro secundo loco, siue è diuerso, uel è contrario. Plinius
posterior, Habes res urbanas, inuicem rusticas scribe.

De iterum.

ITerum refertur ad primam uicem, non tantū ad po
steriorem, nam iterum uoco te. i. iterata uice, sed ali
quoties capitur pro è contrario, sicut rursus.

De antehac & posthac.

A. Ntehac & posthac, id est, ante hoc & post hoc tē
pus. De deinceps.

D. Eincepſ pro dehinc, seu deinde, et pro gradatim
dicitur. De A.

Inter aduocatum & patronum.

A. Duocatus & patronus sic differunt. Aduocatus

est, qui alterius caussam agit, aut qui paratus sit defen-
dere. Patronus autem qui agit caussam accusati in cri-
minibus, in alijs autem rebus, ut mutuis depositis, loca-
to, conducto, similibusq; tam actor, quam defensor, so-
let appellari patronus.

Inter abdicare, & exhæredare.

Abdicare est expellere filium à bonis uiuente pa-
tre. Exhæredare uero post mortem, sed abdica-
re est grauius, quod etiam in se exhæreditationem con-
tinet. Inter ambitionem & ambitum.

Ambitio est quædam cupiditas præter modum ho-
noris aut laudis. Ambitus est in actu, nam qui largitur
pecuniam, aut populo muneribus laudibusq; blāditur,
aut ceteris artibus, quæ legitimæ nō sunt, ad publicos
honores tendit, ambitum cōmittit, cuius similis est, quā
hodie simoniam uocamus, à Simone mago, nisi q; simo-
nia tantum est in rebus sacrīs, ambitus & ambitio ab
ambio ueniunt, id est, circuncēo, ambitiosus ab ambitio,
ambitus nonnunquam pro effectu ambitionis, siue pro
specie quadam fauoris & quasi capienda misericor-
die, ab hoc etiam ambitiosus.

Inter arborem & fruticem.

Arbor à frutice differt, ut frutex ab herba, est e-
nim frutex quæ ad iustum magnitudinem arbo-
ris non assurgit, & statura similis multis herbis, & nō
demoritur, nec arescit herba, sed perennis est. Inter fru-

tices quoq; est soboles illa arborū & plantula. A frus-
tex uenit fruticor, aris, quasi fruticem renasci ex ar-
bore. Nam quod sēpe legimus fruticari pilum, transla-
cio est à fruticibus.

Inter acinos & baccas.

Acinos inter et baccas hoc interest, quod acini in
ter fructus minutiores arborum fruticūue den-
sius nascuntur. Baccæ uero dispersius & rarius, inter
acinos enī annumerātur uiae grana, hederæ, sambuci,
grana ebuli, grana mali punici, addo etiā morū, & qd
quid his simile est. Inter baccas uero fructus lauri, olis-
iae, corni, loti, myrti, lentisci, similiūq;. Supra haec, po-
ma dicuntur, quibus tantum uescimur. Cerasum siue ce-
rasium, & prunum, & mespilum, poma non acini uocā-
tur, nec baccæ. Glans in numero istorum nō uenit. Sylue
stris enim & pastio pecorū est. Castanea in nuces refer-
tur, sicut pinus, auellana, & amygdalus, iuglans, & si-
qua sunt his similia, nec poma dicuntur, sed nuces.

Inter actorem & autorem.

Actor & autor ita differūt, q; actor dicitur ordi-
tor, qui agit causam, & qui gestum uultus et corporis
agit. Autor idē est, quod factor. Vnde poētas cæterosq;
operum conditores, autores uocamus, & deniq; qui
facit aliquid opus, qui egit bellum, egit pacē, et quam-
eunq; aliā rem, autorem dicimus. Autor præterea sig-
nificat hominē, in quo est uis, potestas, siue dignitas, uir-

tus, quod sua interposita autoritate, pot facere rem autenticā. Olim duces militū uocabātur autores, unde aucturo, as. i. obligo et subiectū facio, ex quo fit autor amētum, quod est quasi stipendiū quoddā & pretium cuius dā militiae ac pugnæ actionisq;. Vnde Cic. Quorū ipsa merces auctoramentū seruitutis est. Sen. li. VII. epi. Nullū sine auctoramento malum, auaritia pecuniam promittit, luxuria uarias uoluptates, ābitio purpurā et plau sum, & ex hoc potētia, & quicquid potentia potest. Ex quo patet nihil habere commune cum augeo, nec cū auctio nūl auctus ab haustu, quia diuersam originē sortita sūt. Auctus enim est incrementum ab augeo descendens, ut & haustus ab haustio. Inter aum & uolucrem.

a. Vis est quæ oua parit, pennisq; prædita, uolucris est quæ cunq; uolat, ut avis, apex, culex, &c. præter u num uespertilionem, quæ utroq; caret, quatuorq; pes des habet.

Aceruu, strues, strages, sarcina, quid sint.

a. Ceruu est quarumlibet rerum congeries, strues autem congeries lignorum, strages autem cadaverum interfectorum, uno in loco ac proprie iacentium multe tudo. Sarcinæ utensilium, & eorum quæ ad culatum & ornatum, & ad cæterum usum pertinent.

Res enim nostræ domi cistis capsisq; compositas etiam sarcinas uocamus.

Inter amorem, charitatem, & penuriam.

A Mor genus ad oia pertinet, charitas species ad homines tantum. Charitatem etiam pro penuri frumenti & annonæ accipimus. penuriam prouini, a que, pabuli, pecuniaeq; uirorum, ceterarumq; huiusmodi rerum.

Affectus & affectio.

Affectus & affectio idem sunt, est autem affectus pars illa animæ quæ è regione rationis est. Quicquid enim in anima præter partem illam memoria, rō nō est, affectus est, & rursus quicquid non affectus, ratio. Ab hoc sit affecto, etas, etare.

Annus.

A Nnus uno modo accipitur pro spatio unius anni, alio modo significat anniversarium, quod singulis annis tenet.

De appeto & expeto.

A Ppeto cum affectu qualiacunq; expeto cum ratione honesta planeq; bona. Quare non bene dicitur, Bonum est quod omnia appetunt.

De assurgo.

A Ssurgunt sani ut stent, aut ut domum eant, assurget & groti ut sedent, aut ut cubito innitantur, utrosq; modo alterius in honorem, aut officij aut benevolentia.

tie & causa hoc agentes. Ideoq; ferè adiungitur datius,
ut aduenienti magistratui omnes assurgimus.

Audio & exaudio.

A udio & exaudio indifferenter pro duplice significatione ponuntur. Una pro eo quod est, auribus accipio. altera pro eo quod est, auditu cōcedo. Audio tamē frequenter accipitur pro eo quod est, credo, accedo, pareo præcipienti. Audio insuper profateor, quod est idem quod cōcedo, ut superius diximus, ideoq; sēpe sic legimus, audio, & fateor, quasi posterius declarat pri-

mum. Inter amare, & diligere, &
admare.

a Mo & diligo in hoc differunt, q; plus quidem est in amo quam in diligo, ut Cic. Sic igitur facies, & me aut amabis, aut (quo contentus sum) diliges. Adamo idem est quod amatorie amo.

Inter agere, habere, & refer
re gratias.

a Gere gratias est uerbo, quod quidam barbare dicunt regratiōr. Habeo gratias est in animo. cū in mente habeo gratificandi acceptum beneficium. Refero gratias, siue reddo gratias, est facto, ut si à te pecunia aut patrocinito leuatus sum, uicissim à me aliquo modo subleueris. Ceterum frequentius est refero gratiam, quā habeo gratiam.. Item frequentius habeo gratiam, quam ago gratiam. Vix enim dicitur ago gratiā,

sed ago gratias, et raro refero gratias, sed gratiam dicimus. Item ago grates, sed hoc sepe apud poetas.

De assentari, adulari, et blandiri.

a. Assentari, adulari, et blandiri ita differunt, quod assentari est insidioso et falso quempiam laudare. adulari uero, inseruire et captare fauorem quoquo modo uel uoce uel gestu. Blandiri proprietate tactum pertinet, et per abusione ad alios sensus transfertur, nonnunquam etiam ad animum. ut Quintilia. Blandiar iudices paucisper calamitatibus meis. Blandiri nonnunquam capitur pro adulari. Præterea blandiri et adulari etiam immuta animalia cadunt, ut patet in cane, assentari uero non.

De aduersor et auersor.

a. Diversor tibi, et auersor te dicimus, De primo nihil dubij est, secundum uero idem significat quod prætatio ab aliqua re quam detestamur, uultu auertimus, ut in Deut. Gentes quas dominus auersatur. i. detestatur, abominatur, et a quibus præ odio uultu auertit.

Affuerare quid sit.

a. Affuerare, est inter ipsa argumenta probationes, quod admiscere uim animi motumque. Quod declarat Quintilianus, cum inquit, altera ex affueratione probatur est. Ego hoc feci, tu mihi hoc dixisti, et o facinus indicatum.

De admoneo et amoneo,

a Dmoueo manum.i. appono manum. amoueo.i. rea
moueo. aduerto oculos mentem ue.i. conuerto. aduera
sus.i. oppositus obiecto pectore. auersus, terga ostens
dens, ut Tul. Et aduersus & auersus impudicus es.

De alumnus.

a Lumnus significat eū, qui ab alio alitur. Id secundū
Nonum Marcel. etiam significat eum qui alium alit.

De armiger.

a Rmiger est qui in prælio gerit tela domini sui, ub
scutum, arcum, lanceam, & huiusmodi.

Auspicium.

a Vspicium est uel à pastu auium, uel ab inspectio
ne auium, quod cōsul ante quā iret in expeditionem, ca
piebat, hinc dicimus auspicia.i. ductum & principium,
quæ à solo duce capiuntur. Et hinc auspicari, non mo
do auspicium capere, sed etiam incipere. Et auspex, qui
præcerat nuptijs celebrandis pro uxore.

De accipio pro capio.

a Ccipio pro capio aliquem coniuuam in domū me
am honoris & amicitiae gratia.

Accusare.

a Ccusare est uel apud iudices, uel apud alium quē
uis, etiam apud illum ipsum quem accusas, & significa
re ac ostendere aliquem peccasse. Incusare uero res
prehendere mores alterius, & plerunq; cum queret
la, quod ab illo iniuria sis affectus, & ita capitur apud

Verg. Terentium, Cæsarem, atq; ceteros autores. Vnde adparet accusare non esse maioris de minore. Incusare uero, minoris de maiore, ut Seruio placet.

Arcere, abigere, abigei.

a Reo idem est quod ueto, prohibeo, cuius contrarium est abigo, quod significat à loco fugare, atq; expellere, ut abige muscas, abige capras ab horris. abigere etiā significat tollere furto & latrocinio. Vnde abactores uocantur pecuariorum animalium fures latrūculi ue, & hic abigeus abigei pro eodem.

Ager, fundus, prædium.

a ger territorium est, aruum est cui semen datus. Fundus est possessio rustica, ut prata, uineæ, pascuatoria, aucupatoria, et sic de alijs mult. Prædium autē est possessio rustica & urbana. Vnde patet q; fūdus est species prædij. Possessio etiam tabernas & hospitia significat. Fundum neutri generis, aliud est quām fundus. Est enim fundum ima pars rei, proprie aliquid liquoris intrase continens, aut ad continentum facta, ut dolium, ut nauis, ut alucus, uel lacus, uel fluuij, uel stagni uel maris. Fundamentum, ut omnibus patet, aliud est quām fundum, ad quōd pertinet fundare, sed fundare & fundamenta iacere in hoc differunt, quod fundare est uali dis fundamentis fulcire, fundamenta uero iacere, quā si qualiacunq; fundamenta facere, & quodā modorei principium.

De apud & penes.

a Pud te & penes me, in hoc differunt, quod alterum personam & locum significat, ut apud Platone apud forum, alterum personam & dominium & potestatem, ut pecunia est penes me. i. in potestate mea, sive dominio. Aliquoties penes transfertur ad res, ut res uel uituperatio, periculum seu commodum penes te est.

De acceptilatio & hypotheca.

a Cceptilatio & hypotheca in hoc differunt, quod acceptilatio est omnimoda liberatio, & continet, licet pecunia non sit soluta. Hypotheca non aliter quam si pecunia soluatur, &c.

Accedere.

a Cedere est adire atque appropinquare, ut accedere ad ignem, unde accessus. Eius contrarium est recessus. Accedere alio modo est adiungere, uel augmentare, ut calamitatibus meis pondus accessit, uel ad calamitates meas. Unde accessio, eius contrarium est remissio.

De bellum & prælium.

BEllum est cum ipsa pugna, tum totum tempus, quo in militia sumus, quam illiterati guerram uocant. Prælium est ipsum certamen, quod etiam citra arma fit, interdum est nudis uerbis.

De bene mecum agitur.

Bene mecum agitur. i. in bona conditione sum. Item præclare tecum agitur, melius cum omnibus age

retur, si paruo contenti essent, et ita de alijs multis. Et contraria, male mecum agitur. i. in mala conditione sum.

Bonum et bonitas.

B Onum generale nomen est, honesta pariter atque utilia complectens, ut bonum animi, bonum corporis, bonum fortunae. Bonitas idem est quod benignitas. A primo fit bonus uir. i. iustus, et exequens officij sui. A secundo, bonus pater, bonus deus. i. benignus et clemens. Ali quando unum pro altero sumitur. Est autem et alia bonitas non ex industria ueniens, sed ex natura, quae vocatur dos naturae. Nonnunquam et bonum ad naturam uirtutis et bonitatis accedit, nam cum dicimus de aequo et bono, non de rigore iustitiae, et de summo iure loquimur sed quasi de bona et equitate.

Buccam et buccas pro eodem accipi.

b Veccam et buccas apud autores pro eodem accipiuntur. Ea enim pars quae uento inflari solet, bucca uocatur, gena uero membrana illa et quasi uestis tanta superior quam inferior, qua oculus integratur et operatur, ambitus extremae genae superioris, uocatur ciliu, unde et supercilium, mala uero illud intra genam inferiorem et buccam, quasi rotundum in speciem mali, cuius interior pars quae oris hiatu afficit, ubi molares affixi sunt, maxilla dicitur, et dens intimus ipsi genae affixus, genuinus dicitur. Labia dicuntur illa, quae tam interiorius quam superius ceperunt dentes. Mala aliquoties

LAVRENTII VALLAE.

83

Progenia accipitur, & gena pro oculo, continens pro contento, ut Quint. de cæco loquens, Illa perpetua nosse clausæ genæ non custodierunt.

Cœnaculum, cœnatio.

Cœnaculum uno modo est locus ad cœnandum in loco superiore. Alio modo pro parte superiore domus accipitur. Cœnatio locus ad cœnandum, sed in imo.

Crepitus, fremitus, murmur.

Crepitus sonus est violentus, à quo uenit increpatione, quod est cum eruptione & immanni sonitu reprehendere. Cymbala tympanaque crepitant, unde fit crepitaculum. Tubæ, cornua, similiaque crepant, siue crepitant. Crepitus significat turpem sonum speciali uocabulo. Strepitus proprius est sonus pedum ambulantium, appellabitur etiam fastus et pompa diuitiarum, strepitus quasi à strepitu comitantium. Fremitus est tamen sonus fluctuum in alto mari, quam murmur in populo. Stridor est acrior & quasi sibilans collisio.

Ceruix, iugulus, collum.

Ceruix posterior collis pars est, unde origo est omnibus nervis. Iugulus anterior, unde vox halitus procedit. Collum oculi partes in solidum complectitur, & quoniam in iugulo mortifera statim plaga est, à veteribus dicebatur petere iugulum, ferire iugulum, pro eo quod est, petere mortem, inferre mortem.

Condicio & conditio.

F. 2

C Ondictio à condico nascitur. Condito à condō.

Illud rarius est. Condito uero multi his temporibus male ut pleraq; usurpant, accipientes pro mentis qualitate, ueluti illud, hic est homo mansuetæ & bone conditionis, quod antiqui dicebant mansueti & boni ingenij. Nos quoq; mansueti animi, mansuetæq; mentis, unde latine dicitur homo bonæ conditionis, si ad fortunas referatur, non si ad mores. Aliquando capitur pro pāsto, et tunc iungitur cum his uerbis, offero, fero, pono, accipio, ut apud Terentium, Accepit conditionē, id est, pactioni prōmissioni q; assensit.

Catuli, pulli, fœtus.

C Atuli propriæ sunt filioli canum, et plerūq; sūt ferarum, siue immanium, siue mitium, serpentū quoq; immanumq; piscium qui non edunt oua. Pulli uero sunt pecudum. Fœtus avium & piscium, quanquam & hoc generalius nomen est, unde fœtificare pro parere, & fœtura pro partu ad omnia animalia muta pertinet.

Conciuis & conterraneus. Commilito,
& condiscipulus.

C Onciuis qui eiusdem ciuitatis est, conterraneus q; eiusdem terræ. Similiter socios in militia commilitones appellamus, in schola cōdiscipulos, & sic de ceteris omnibus.

Corporeum.

c Orporeum est existens ex materia atq; substantia corporea, ut domus, fundus, mancipia uero corporalia sunt, non incorporea.

Capitale.

c Apitale odium, supplicium, morbus, qui caput alterius petit. Capitalis autem homo, uitium, peccatum, nō quod petat alterius caput, sed propter quod caput promittentis uel committentis peti debet ad poenam.

Crudus.

c Rudus uocatur, qui habet cibū in stomacho difficile digestibilem. Sed per translationem hominem crudum appellamus, qui est truci aspectu, cuius os culis nostri offenduntur, prout stomachus crudelitate cibi.

Corpulentum.

c Orpulentum hominem potius quam, ut aliqui dicunt, carnosum.

Coniurare & conspirare.

c Omurare & conspirare tam in malum quam in bonum accipiuntur, de malo notum est eruditis, in bonum autem, ut Mutius Scæuola ad Porsennam regem inquit, Trecenti coniuramus principes inuentis Romanis, ut in te hac via grassaremur. Et Cicero ad Cæsarem pro Ligario fratrem conspirationem dixit, quasi unanimitatem, ideo coniuratio saepe in bono accipitur.

Cordi est, & in animo est.

C Ordi est, et in animo est, differunt. Illud est delectat, et placet, ut Teretius, Si tibi haec nuptiae sunt cordi, hoc uero idem est quod atque constituo.

Compertum et exploratum.

C Ompertum est mihi, et exploratum est mihi; id est quod scio per investigationem.

Certum est.

C Ertum est non solum accipitur pro manifestu est, sed etiam pro deliberatum et constitutum. In secundo significato plerunque adiungitur datiuo cum infinito, ut certum est mihi ire in Italiam.

Consulo te et tibi.

C Onsulate. i. consilium peto a te, uel interrogo, et inquiero, consulio tibi. i. consilium do tibi et pra video tibi, sed hoc frequentius in rebus, ut consulo uite, consulio saluti. In plurali autem interdum capitur pro consulo, quando non regit casum post se, ut fœnereatores consulunt. i. consultant, seu deliberant. Ex consulo duo nascuntur, consultor et consultus, consultor accipitur tam pro eo qui aliud consulit, quam pro eo qui alij consultit. Consultus est homo prudens et sciens, dignusque a quo consilium petas.

Circumsto, et circumfisto.

C Irusto et circunfisto utrumque facit circumstet, sed primum pro circundo, alterum pro inuado et irruo, et quasi terrificatioe aggredior, nonnumquam cir-

censisto non terrifandi, sed terroris auferendi gratia ponitur, ut Cæsar in cōmentarijs, Si quis grauiore uulnere accepto deciderat, circūsistebant. i. socij iacentē exhortabantur tela hostium arcentes. Non nunquā censisto pro circumsto dicitur.

Conciliare & reconciliare.

C Onciliamus amorem, benevolentiam, laudem, famam, honores, & similia, præter gratiam, comparamus, uel contrahimus gratiā, rursus inimus gratiā, nō aut inimicus amorem. i. comparamus gratiā. Res conciliari tamē, & in gratiā redire idem sunt, quoties amici qui aliquantulū fuerunt inimici in pristinā redēunt benevolentiam. Sed redire in gratiam etiā cum iniuriamatis, ut Ci. de sene &c. In gratiam cum uoluptate redēamus. Rursus in eo rationem, foedus, pacem, societatē bellum, pugnam dicimus, quasi capesso, ingredior, atq; incipio. Et per participium eius absolute possum, ut in eunte pueritia, adolescētia, uere, æstate, hyeme, & hoc ferē non dicimus, nisi in re momentosa aut graui gradiue, nam non ita recte loquar in paruare, ut in eo prādiu, in eunte dic, sed incipio prandium, incipiente die.

Conscisco, & ascisco, & descisco.

C Onscisco ferē ad mortem pertinet, ut mortē sibi ipse cōscinit. Ascisco, idem est quod remotum alii quid quasi scite uocatum capio. Desciscere est ab impreario seductuq; alterius subtrahere, ut milites à duce.

Consternere, & consternari.

c Onsterno est corporis, consternor aris, est animi
cum mens turbata est, & de statu mota quasi hu-
mis strata.

*Conflare siue contrahere
& alienum, ac dissoluere.*

C Onflati & alienum, & contraxi & alienum, id est
est quod factus sum debitor alienæ pecuniae. Dis-
soluo & alienum, id est, quod contraxeram aeris alieni
restituo, & pluribus soluo.

Citare,

c Itare, proprie ad testes pertinet, quamvis Nonius
Marcellus capiat pro laudare, si credere fas est
Capio.

c apio significat uel sponte uel non sponte accipio,
& habet reciprocum quendam usum, ut ceipi uo-
luptatem, & uoluptas cepit me, sumo sponte tatum, ac
cipio & multum ac penè nimirum mihi tribuo, & in hoc
differunt.

Contendere intendere.

C Ontendo, id est, simul intendo. Intendo quid sig-
nificet, cognoscere poteris per hanc similitudi-
nem, nam neruus in cithara, aut neruus in arcu, quo ma-
gis intenditur, eò uehementiorem uel sonum uel ictum
efficit, quo magis relaxatur, eò remissiorem. Ita et uox
quaz usum ncruorū utiq; corporis exigit, quod uidere
licet in acutissimc exclamantibus, ita & mens per trā-
lationem. A contendo uenit contentio, ab intendo inten-

tio, quæ idem est quod attentio. Quare falluntur illi, q
intentionem pro uoluntate capiunt,

Carpo.

C Arpo idem est quod per vim euollo, licet Nonius
Marcellus pro attenuare capiat, & pro celeri-
ter præterire.

Calumnior & cauillo.

C Alumnior & cauillo nihil differunt. Calumnias
ri enim & cauillare significant in criminis inten-
dere, seu per fraudem & rationem subdolam, cauissim-
eendi mēdacijs alios in litibus uexare. A calumnior ue-
nit calumnia, id est, fraus uel dolus, & calumniator. A
cauillo uenit cauillatio. i. subdolatio, calumnia autem
nonnunquam capitur profectia.

Con uitium.

C On uitium nihil aliud est, quam maledictum cons-
tumeliosum. Conficio.

C Onficio uno modo, id est, perficio, alio modo con-
sauciando trucido. vnde confectores ferarum.

Commentarium.

C Ommentarium liber est, in quo nude capita rerū
seu initia magis necessaria ponuntur. Capitur a
liquando pro expositione seu interpretatione autorū,
quod idem Seruius et Nigidius commentum appellant,
quod quamquam in masculino & in neutro genere in-
venitur, ut commentarium & commentarius, tamē cle-

gantius ponitur in masculino, et in singulari in neutro.
Commeatus.

C ommeatus in utroq; numero accipitur pro cibis
rijs ad alimoniam R.P. aut alicuius multitudinis.
Etiam interdum priuatim. In singulari tamen multoties
es capitur pro licentia ad tempus à militia alioue mini-
sterio recedendi, quā præpositus præbet inferiori.
Cœlebs.

C œlebs tam qui caruit semper uxore, quamq; nūc
caret, inde cælibatus.

Comœdus & comicus.

C omœdus est histrio, qui agit gestus in scena. Co-
micus poëta ipse comœdiarum conditor.

Decus & dedecus. decor &
decorum.

D Ecus est honorificentia ex bene gestis rebus. De-
decus contrarium, scilicet ignominia, quæ dictio-
nes aliquando transferuntur ad animum, quippe decus
pro honesto, dedecus pro ihonesto accipitur. Decor est
quædam pulchritudo. Decorum autem appellamus nō
tam ipsum honestum, quam id quod hominibus uidetur
pulchrum & approbare.

Dies.

D ies pro tempore est foeminini generis, ut multa
dies dat magnam hominibus ueri experientiam.
Et inde habemus diculam pro paruo tempore. In-

tempore certo est masculini generis, ut hesterno dic, et
stino die. Ad diem non uenit. i. pristino die.

Diuturnus & diutinus.

D Iturnus & diutinus idem significant, & utrum
q; à diu siue diutius uenit, & non à die. De diutur
nus plurima exempla sunt, de diutinus pauca.

Disco & edisco.

D Iscō et edisco differunt, discere est, ut intelligas,
ediscere uero ut memoriter complectaris.

Dicere.

D Icere proprie est oratorum. Quintilianus libro
decimo, Nam mihi ne dicere quidem uidetur nisi
quod disposite, ornate, copiose q; dicit, à quo uenit dia
ctio. i. oratio facunda & oratoria. Ex hoc ipso uerbo
uenit dictio, quod idem est quod dico, siue alter scribi
bens excipiat & manu stylq; notet. Dictum & dicta
de omni sermone intelliguntur, sed specialiter capitur
pro dicaci sermone, unde dictum est dicacitas, quæ est
sermo cum risu audientibus ualde molestus.

Do tibi fidem.

D O tibi fidem. i. aliquid sancte promitto, habeo ti
bi fidem, id est, uerbis tuis credo.

Descendo in prælum.

D Escendo in prælum, in forum, in campum dieis
mus, sed non quod de loco superiore in inferio
re descendimus, sed quia de loco tuto in locū discriminis.

ideoq; in forum descendere, est caussa pugnandi uel de
fendendæ litis.

Declaro.

D Eclaro frequentius ad facta pertinet, quam ad
dicta, ut Cice. Declarauit id modo temeritas C.
Cæsar. Interdum accipitur pro significo, ut idem Tul-
lius de finibus, Nullum uerbum est, quod idem declarat
latie, quod græce ἡδονή, quā uoluptas declaret, id est,
significet uel ostendat uel indicet.

Dicere sententiam.

D Ico sententiā iudex. Nonnunq; dico profero ed-
pitur. Item dicimus dico leges, & fero leges, est
autem ferre leges ad suos, dicere ferè ad uitios.

Deuenio.

D Euénio in montem, deuenio ad diuitias, deuenio
in paupertatem minus usitatum est, quā perueni-
mus in montem, peruenimus ad diuitias. Similiter edia
uerso deuenimus in planū, deuenimus in uallem, proba-
bilius dicitur quam peruenimus, & est quotiens ab edi-
tiore loco ad humiliorem profecti sumus.

Deuoluo.

D Euoluo. i. deorsum uoluo, seu præcipito.

Despitio.

D Espicio. i. deorsum aspi. io, & per translationem
idem est quod contemno, sicut suspicio. i. sursum
aspicio, & per translationem ueneror. Despicio idem

est quod prouideo & circunspicio mente, et tanquam
in omnem partem lumina mentis intendo, omniaq; discer-
no, à quo despicientia dicta est circunspectio & prouis-
dentia, & consideratio diligens atq; discretio.

Deligo, & eligo, & coopto.

D Eligo & eligo in hoc differunt, quod eligere est
illud quod idoneum est cernere ad rem gerendā,
& construitur cum solo accusatiuo, ut pop. Rom. deles-
git imperatorem ad bellum. Imperator quoq; delegit
milites, & inter eos egit delectum, quis cui rei sit maxi-
me commodus. Eligere autem est, ad nostrum emolumē-
tum, uel ad illius qui eligitur dignitatem, & potest con-
strui ultra accusatiuum principalem cum altero accus-
atiuo cum præpositione, ut populus elegit in principē
Octavianum. Inter pares autem dicimus cooptare, &
non deligere, ut Ci. in Brut. A quo in collegio augurū
fueram coptatus. Vnde notandum, q; semper dicimus
agere delectum, & habere delectum, & nunquam dici-
mus facio delectū. Agere delectū, semper refertur ad
multa, habere delectum non semper.

Debello & expugno.

D Ebello. i. bello uico, uel bello homines capio. Ex-
pugno. i. expugnando uico aliquas res, ut castra
naues, & similia, saepe tamen expugno capitur pro pu-
gno, & impugno.

Deduco, reduco, & comitari.

94 FARRAGO ELEGANTIARVM

D Educo & reduco præter generalem significati
onem quæ ignota nemini est, habent hanc signifi
cationem specialem, præstare commatum gratia offi
cij, & hoc inter pares proprie, non multum dignitate
& autoritate distantes, ut deduxi Catonem, cūq; in do
mum reducam, hic expecto. Comitari potius minorum
erga maiores.

Deturbare & exturbare.

D Eturbare est deorsum cum uiolentia deuiscere, &
item exturbare, disturbare, dissipando diruen
doq; disuiscere.

Deprecor.

D Eprecor tibi supplitium, idem est quod precor
& imprecor, & significat uel dicto uel factore
eufare supplitium, unde apparet non significare detes
stor, execror, uel abominor, ut aliqui uolunt.

Docilis, docibilis, penetratalis, & penetrabilis.

D Ocilis qui facile docetur, docibilis qui facile dis
scitur. Penetratalis qui intimus est, penetrabilis q
facile penetratur, quamvis raro inueniatur penetrat
alis. sed penetrale neutrum. Docilis potius docilimus, q
docillissimus, ut facilis, gracilis.

Depectus.

D Epectus. i. honeste paetus, & aliquando capitul
pro turpiter paetus, & uenit de paciscor, ris
quod tum in bonam, tum in malam partem accipitur, ut

Ci in paradoxis, Si quotidie fraudas, decipis, poscis,
pacisceris, aufers, eripis, si socios spolias, & aerarium
expilas.

Defectio et defectus.

Defectio et defectus in hoc differunt. Est enim de-
fectio recessio aut militis aut urbis à domino, aut
à superiore. Deficere namq; & desistere est à ductu ala-
terius recedere, & quasi rebellare, & defectio quasi
rebellio si quid rei alicui deficit dicitur defectus. Defe-
ctu medicorum multi pereunt, & plures tamen culpa,
quorum multi culpas medicorum & uitia hominum re-
rumq; uocant defectus, cum dicere debeat uitia uel me-
das, ut menda libri.

Desipio et despisco.

Desipio seu despisco significat, uel quod à cōmu-
ni sensu sapientiaq; minus habeo, uel quod à meo
sensu destituor, quod ferè uitium aut ex aetate uenit,
aut morbo, aut amore, aut timore, aut simili aliquo af-
fectu, cuius contrarium est resipisco.

De cerpo.

DEcerpimus rosam primis digitis, decerpunt pu-
ellæ primis digitis particulatim licium lanâue.

Inter epulas et epulum dapesq;.

Epulæ sunt cibi in nostrum usum cōparati. Epulū
solenniores quædam epulæ in coniuio exhibite,
ratione Amicitiae, seu ostentationis, magnificentie,

honoris uerbum deorum, id est, cum publice pascimus pauperes, præsertim in mortibus propinquorum.

Electio & optio.

Electio & optio, his uerbis do & offero similiter iungi solent, ut offero electionem utrum uelis eligendi, & optionem quod uelis potissimum optandi.

Excubiae & vigiliae.

Excubiae, diurnæ & nocturnæ. Vigiliae tantum nocturnæ.

Ex cogito, reperio, inuenio, offendo, nactus sum.

Ex cogitare est per cogitationem restatum incorporeas inuenire, ut argumenta, rationes, & similia. Est igitur ex cogitare, consilij, reperire uero fortunæ, de rebus corporeis tartum. Oui. Tu non inuenta, reperta es. Inuenire est consilio uel casu, siue incorporeas, siue corporea reperire. Offendo idem est quod reperio. Nactus sum, pro inuenio siue reperio frequenter accipitur, ut Tul. in Paradox. Eum tu hominem territo, si quem eris nactus, istis mortis aut exiliis minis.

Explodo, complodo, supplodo.

Explodo non tantum significat ejstio manibus & quidem cum sono pulsantibus. Tul. Si paulum se moueat histrio extra numerum, aut si uersus pronuntiatus est una syllaba brevior aut longior, exhibilatur & exploditur, quod apparet ex alijs compositis comple-

do & supplodo. Est enim complodere, aduersas manus collidere inuicem, quod fieri pluribus de causis solet, ad testificandum more fœminarum dolorē uel prægaudio, uel per subitam admirationem. Supplodere, est per dem terræ incutere, quod interdum solet in oratore laudari.

E republica, è regione, ex tempore.

E Republica. i. pro republica est, nam semper tollitur x, quando dictiones sequentes incipiunt per r. Similiter, è dignitate, ex utilitate, ex usu, pro eo quod est pro dignitate uel ad dignitatem, utilitatem, usum. Ex tempore dicere, est ex improviso & impræmeditatum dicere. Hinc uocatur extemporalis oratio, id est, impræmeditata. Ex uinculis causam dicere, est alatigatum respondere criminibus.

Aestimo, existimo, cogito & excogito.

AEstimo. i. consydero, existimo. i. iudico. Prius enim æstimamus, secundo existimamus, et sic considerandum est in cogito & excogito. Aliquando tamè existimare capitur protaxare, ab æs æris, & tunc Græce, quod est pretium latine.

Excusare & causari quid differant.

E Xcuso est quando excusamus crimen obiectum uno modo, altero modo quando afferimus in excusationem id quod in causa fuit, ut peccaremus, ueluti si latrones aut flumina impedimento fuerint, ne ad diem

adesse possem. Causari est caussam rei gestæ offerre, ut
Verg. Causando nostros in longum ducis amores. i. im-
pedimenti caussas afferendo. Aliquando unum pro alte-
ro sumitur. Ex sententia aliquid habere, & ad uotū

E X sententia aliquid habere, & ad uotum, licet il-
lud videatur rationis esse, hoc affectus, idem fe-
rē significant, ut Quin. Habes ne uxorem ex animi tui
sententia? Alibi, Et ad omne uotum fluente fortuna la-
sciuit ocium.

Exhibeo tibi negotium, & facio uel facesso.

E Xhibeo tibi negotium, & facio uel facesso tibi ne-
gotium, idem est quod afficio te molestia uel las-
bore, & frequenter capitur pro accuso, ut facesso tio-
bi negotium. i. accuso te, seu afficio te molestia.

Exhorreo & abhorreo.

E Xhorreo hāc uocem. i. expauesco. Abhorreo ab
hac re, id est, perquā alienus sum ab hac re, hoc
semper postulat ablatium, illud uero nunquā, sed semper
per accusatum. Exemplum, & exemplar.

E Xmplum est ipsa res quam imitamur, aut deuicta
mus, Exemplar uero ex quo simile facimus. Exē-
plū incorporale est, exemplar plerūq; corporale, &
aliquoties unum pro altero sumitur. Item exemplū pro
forma, ut Paulus iurisconsul iust. statur, Ideo fortasa
quis quia heredes solent habere exemplum testamenti, i.e.
formam. Reperitur etiam exemplarium pro exēplar.
Exemplum idem est quod color rhetoricus.

Exautorare.

EXautorare est ducem ab imperio suo dimittere, uel missum facere militem, illumq; donare missione militiae.

Eulogium.

EVlogium est testimonio de aliquo, siue uituperationis siue honoris causa.

Edo es, Edo edis.

EDo es est pro comedere, & edo edis quāuis in significacione differant, tamen in hoc etiam differūt, quōd edo es, est simplex, & edo edis compositum, de extra & do, id est, publico.

Exprimo.

EXPRIMO, id est, represento.

Aedes in singulari aliter capitur, aliter in plurali.

AEdes in plurali pro domo priuata accipiuntur. In singulari pro templo, quōd semper in utroq; nō merito habet adiectionem, ut in æde Iouis, in æde Cōcoris die. In plurali sacras aedes, deorum, nympharum. Ideo pro templo dicemus duas uel tres aedes deorum, pro domo binas, ternas, quaternas. Aeditui autem ab ædibus quas tuētur, appellati sunt. Aediles quoq; ab ædibus uocantur.

Facies & uultus. F

Acies & uultus in hoc differunt, nam uultus ad &

Fimum refertur & voluntatem, & descendit & uolo his uult, facies uero refertur ad corpus,

Et inde dicimus latam & longam faciem, à quo compo-
situm est superficies, & idem est quod exterius se ostendit, aliquoties tamen uno pro altero utimur.

Facio potestatem eundi & redeundi.

Facio potestatem eundi et redeundi, elegantius di-
citur, quam do tibi licentiam. Porro dare potes-
tatem, plus est quam facere potestatem. Est enim dare
potestatem, rem alterius arbitrio committere.

Frondes & folia.

F Rondes arborum sunt tantum, folia autem herba-
rum & arborum, florumq;

Festus & festiuus.

F Estus festa festum, ad diem pertinet, ut festus dia-
es. Festiuus festua festuum, ad alias res, ut ora-
tio festua, id est, iucunda & lepida. Aliquoties autem
festam frondem uocamus, quia festis adhibetur.

Frequens, celebris.

F Requentē locum dicimus, ubi hoies multi aut habi-
tant, aut diuersantur, ut urbs, oppidum, platea,
et similia. Quando autem de re animata loquimur, aut
in singulari loquimur, aut in plurali. Exemplum in sin-
gulari sit, miles frequens spectator præliorum. i. cre-
ber & assiduus. In plurali autem per nomen collectiu-
m, populus frequens. i. copiosus & multus. Cum cete-
ris uero, ut frequentes ciues, frequentes senatores, id
est, multi & numerosi. Huius simile est celebris, tam ad
rem

rem quam ad personam relatum, ut locus et homo celebres, quod cum honore ab hominibus et celebratur et colitur. Quare impropter licet frequentissime dicatur, locus celebris, an desertus, quasi contrarium sit celebrem esse, ab illo desertum esse. Quem enim locum bauli et lenones frequentant, non est celebris. Et hinc uenit celebritas, que tum hominum cœtum honoratum significat, tum dignitatem ipsam atque honorem.

Ferinus, ferox.

F Erinum hominem qui animum ferinum obtinet, ut leonis. Ferox qui peranimosus est ad uim alteri faciendam.

Inter fœnero et fœneror.

F Oenero tibi, id est, do tibi pecuniam ad usurā, fœneror abs te, id est, accipio, et sic intelligamus de mutuo et mutuor,

Fingere.

F Ingere propriæ est figuli, qui formas ducit ex luto, inde transfertur ad cætera, quæ ingenio maxime hominis artificiosè formantur. Effingere ad alterius formam fingere et representare. Unde dicitur effigies, quæ est figura facta ad niuam alterius similitudinem.

Flere, gemere, plorare, plangere, et lamentari quid differant.

F Lere est lachrymis et tantum hominum, gemere est in pectore, cum pre angustia in sonum prorū

pit. Plorare est uoce flesibili dolorem suum aperire, unde implorare est plorando opem orare. Plangere est percusione pectoris, uel aliorum membrorum se in dolore affligere. Euilare est uoce sublata flere, uocifera re est uoce effrenata dolorem & indignationem ostendere. Lametari est uoce querula & tristi oratione clam dem suam testari. Interfigo & refigo.

Figo inde refigo, quad fixū est, educo, tego inde rego quod tectum dcnudo, texo, retexo, quod texum erat, reddo non textum, & quasi infectum quod erat factum. Claudio siue cludo, recludo quod clausum erat aperio. Velo, reuelo, uelamentum tollo. Signo regno, quod erat signatum ob signatumque relaxo, & pacifico, & multa huiusmodi alias sunt, ut repeto, reposco, renouo, represento, remoueo, remaneo.

Ferri, portari & agi.

FErri proprio dicimus, ut Caius inquit, quæ quis corpore suo baiulat, portari ea quæ quis in mente secum ducit, agi ea, quæ animalia sunt. Aliquoties uero accipitur pro porto & è conuerso. Ago autem non uno modo dicitur, sed de uno tantum non tacebo. Martia. li. i. Epigrammaton, Semper agis caussas, & res agis Attale semper. Est non, est quod agas, Attale semper agis. Si res & caussæ desunt agis Attale mulas, Attale ne quod agas desit, agas animam. Cælius apud Ci. Hor tensius, cum has literas scripsi, anima agebat. i. expirabat.

Ferruminor.

F Erruminor ferruminaris, id est, glutino seu ligo, unde ferruminatio glutinatio iunctura seu ligatura, & ferrumen-i. glutinum seu iunctura.

Inter femora & femina.

F Emora partem illam exteriorem significant. Femina cuius singulare est femen, partem illam in teriore mollioremq; quae se contingunt, uel femora partem anteriorem, scimina posteriorem.

Fœnus.

F Oenus propriæ dicitur omnis fructus, quem solū terre producere possunt.

Inter gesta & acta.

G Esta & acta in hoc differunt, quod illa sunt in ad miratione magistratus, & in rebus maioribus, et ad rem publicam, uel ad plurimos spectantibus, ut gesta Alexандri, gesta Pompeij. Acta uero & rerum priuatarum & minorum & familiarium.

Inter gremium & sinum.

G Remium est intra complexum femorum feminæ ut, quo in complexu mulieres concipere solent. Quare cum lactatur infantes, ad sinum admouetur pueruero iam facti à sedentibus matribus ad gremium excipi solent.

Gradum facere.

G Radum facere, nō est trāsitum facere, sed ad ali quam rem & quasi scalam ad alia facere, ut si in arbo-

rem fenestramue aut tectum scandere uelim, è saxo aut
scanno, ab aliqua re gradum facio.

Gratulari.

Gratulari est uerbo testari, te gaudere felicitate,
aut fortuna alterius aut tua, & ferè postulat da-
tuum expressum uel subitellatum, ut gratulor tibi ob-
præturam adeptam, gratulor mihi. In eadem significa-
tione accipitur grator, sed poëticum, historicumq; est,
& in poëtis & historijs accipitur aliquando gratulor,
pro eo quod est gratias ago, sed tantum diis immortali-
bus.

Inter gratificari & gratum facio.

G Ratificari ex gratū facio in hoc differunt, quod
gratum facio idem proprie est, quod obsequi &
inseruire, ut Cic. Si hunc iueris, gratissimum mihi fe-
ceris. Gratificari autem proprie idem est, quod benefi-
cia conferre, & deum gratificari hominibus dicimus,
non autem gratum facere.

Graue.

Graue sua parte natura ponderosum significat, ut
graue saxum, grauia arma, graue scutum. Inde
per translationem non solum transfrerimus ad molestias
as corporis, ut senectutem, morbum, laborem, dolorē,
ut grauis senectus, uerum etiam ad molestias animi, ut
grauis contumelia, iniuria, mœror, iactura, que ani-
mum genere quodam ponderis premunt, & hic modus
capitur in malum. Alter modus est, qui in laudem capis-
tur,

tur, ut graues trunci non facile loco mouentur, ita hos
mines præstantes & prædicti sapiëtia, & uirtute & me-
rito, graues nominantur, quia neq; pretio neq; muneri-
bus ab æquo & iusto submouentur, ut his faciunt quos
leues uocamus.

Hiare & hiscere.

H

Hiare est aliquid sua sponte, & ex alterna aliqua
ui diffundere, ut tellus æstu, & ligna ariditate,
aut nimio calore hiant. Hiscere est tantum oris, & quis
dē humani. Accipitur quoq; pro eo quod est loqui, aut
os aperire ad loquendum, sed ferè cum negatione, ut co-
ram me non audes hiscere.

Habui orationem.

HAbui orationem dicimus, et non feci orationem.
Feci sermonem potius quam habui, non nunquam
tamen habui dicitur.

Habeo polliceri.

HAbeo polliceri seu ad pollicendum, habeo conue-
nire seu ad conueniendum, habeo audire uel ad au-
diendum, & sic de multis alijs, idem est quod pollicen-
dum, conueniendum, audiendum est mihi, & aliquoties
illud habeo capitur pro uolo.

Histrio & mimus:

HIstro qui personatus in scena tragœdias agit, et
comœdias uoce & corporis gestu. Mimus est qui
intra uel extra scenam gesticulationes quasdam exers-

408 FARRAGO ELEGANTI.

cet, imitaturq; præsertim obscœne mores hominum & naturas. Inter instituta & institutiones.

I Nstituta & institutiones in hoc differunt, Instituta boni mores consilio ac ratione sumpti. De institutis antiquis, quasi de moribus antiquis. Valerius, Institutiones sunt præceptiones, quibus instituuntur et docentur homines, ut libri à Quint. inscripti de insti. oratione Indulgentia.

I Ndulgentia non pro uenia accipitur, ut multi accipiunt, quia uenia est remissio culpæ, sed pro cōcessione quadam, & ut sic dicam, pro tributione delicta, ut Indulgere gulæ noli, quæ uenitris amica est, bene & contrario uenia pro indulgentia accipitur, ut Terentia pater ueniam, & Cic. pro Archia, Dabitis mihi hac ueniam i.indulgebitis. Indoles.

I Indoles est in pueris significatio futuræ uirtutis. Aliquoties tamen capitur in malam partem, & significatio futuri iudicij, & transfertur ad inanima ta, ut Liuius, Sicut in frugibus, pecudibus non tantum semina ad conseruandam indolem ualent, quantum ter ræ proprietas coeliq; sub quo aluntur. Aliquoties capi tur pro generositate quadam animi.

Incola, inquelinus, accolæ quid differant.

I Ncola qui in alterius et in aliena ciuitate, atq; R. P. habitat. Inquelinus, qui in alieno priuato, pro prie tamen conducto. Accola, qui est iuxta aquas, et uidit

dit ad colendum locum, at qui in montibus, domos, urs
besq; positas habitant, incolæ dicuntur, qui iuxta mon
tes, accolæ. Inter iucundum & gratum.

I Ucundus & gratus sic differunt, quod iucundus
proprie in prosperis, gratus in aduersis. Iucundus
dum uoco qui nō latus est, sed qui lætitiae est alteri. Nā
potest quis tristis esse, & tamen iucundus.

Infensus & infestus.

I Infensus uehementer iratus, infestus uehementer
molestus, atq; in aduersum uadens, inde infestus
re incurribus crebris molestiam dare seu facere.

In rem præsentem

I N rem præsentem non tempus sed locum signifi
cat, de quo controuersia est, ut Val. Max. lib. 7.
Qu. Fabius Labeo arbiter à senatu finium constituens
dorum inter Nolanos & Neapolitanos datus, cum in
rem præsentem uenisset, utrosq; separatim monuit.

Inuertere.

I Nuertere est quasi in contrarium uertere, ut inte
riora uestis aut pellis, aut aliarum rerum exteri
ora facere, præpostereq; uerba pronunciare, ut pro la
uo uola. Inuertere est rem aut commodatam, aut depo
sitam, aut creditam callide doloq;, ne domino restitu
tur efficere, ut Ci. in Verrem, Candelabrum quod rex
Aegypti Ioui Capitolino dono tulerat, ab verre qui il
lud commodato à rege acceperat, inuersum esse con
queritur.

In manu & manibus.

IN manu & in manibus est, utrumq; accipitur pro eo quod est, in potestate est. Unde mancipium & manumissio etiam dicitur. In manibus est, in alia significatione, pro eo quod inter manus est, ut Cicero, Est in manibus laudatio, quam cum legimus, quem philosophum non contemnimus?

Ingredior.

INgredior quando ad locum dicitur, nota significatio est, quando in loco, idem est quod ambulo et incedo. Intercludo.

Intercludo te in interioribus cludo te, iter tuum impedio, & quasi iter cludo, eadem etiam ratione dicimus intersepio.

Iter facere, viam facere, viam munire,
& iter habere quid differant.

Iter facere est itinerare, ut imperiti loquuntur, ut periti, ingredi iter vel viam. Viam facere est ubi non erat via ac transitus, aperire. Viam munire est res purgare, reficere, & substruere interdum lapidibus, & transfertur de corporeis ad incorporea, ut Quint. li. 3. Propterea quod plurimi autores quamvis eodem tenebant, diuersas tamen vias ad scientiam munerunt.

Iter habere, est aliquem iter esse factum
rum. Incedere.

Incedere est sublimiter, ambulare, & cum quoddam fastu

fastu, ut Seneca, Tenero ac molli passu suspēdimus grā
dum, nec ambulamus, sed incedimus, et inde uenit incess
sus.

Instar.

I Nstar significat proprie ad æquiparationem, uel
ad mensuram, & si quando reperiatur proxime
accedere ad significationem similitudinis, admoniti sus
mus, ut nimiam utendi licentiam deuitemus.

Libertus & libertinus.

L

Libertus et libertinus sola elegantiæ gratia habet
differentiam. Libertinus relatiuum est ingenui.
Libertus relatiuum est patroni, licet unum id est q; sit &
libertinus & libertus. Nam libertini sunt, qui iusta ser
uitute manumisssi sunt, ideoq; libertinus adiectiuum est,
sicut ingenuus, ad quem refertur libertus substantiuum,
sicut patronus. Et inde dicimus colliberti colliberteq;
quemadmodum conserui conseruae q;, & collibertini
tas, non autem habemus libertitas.

Ludus & iocus.

Ludus & iocus in hoc differunt. Nam iocus in ue
lo est, ludus in facto. Frequenter tamen unum pro
altero sumitur. Ludus ita differt à lusu, siue à lusione.
Nam ludus tum periculum tum spem sibi proposita ha
bet. Lusus nihil praeter meram uoluptatem. Vnde Quī
tilianus, Nec me offendit lusus in pueris, hoc tamē si
per est, quod serio est contrarium ioco, ut idem Quint
ult, & est aduerbiū. Et etiam habemus serius, seria,

serium, res facta uere cum grauitate.

Libertas & licentia in loquendo.

Libertas in loquendo accipitur i bonū cū quis nō timide quod seruile est, sed ingenue & libere, hoc est, ut liberum hominem docet, loquitur. Licentia autē in malum, quando hac libertate abutimur usq; ad temeritatem & procacitatem, & hoc in loquendo. In agendo quoq; licentia est impunita quædam facultas agendi quicquid uelis.

Inter leges & iura.

Leges & iura differunt. Leges enim sunt aut principis, aut liberi populi. quæ à rege condūtūr, alterius consensum non requirunt, quæ ad populum feruntur, sine eius iussu ratæ non sunt, quia rogari i. interrogari populus de his solet, quare rogationes etiam dicuntur. Iura autem magis generalia sunt. Ius aliud gentium, aliud civile. Ius civile dicimus tam leges, quam plebea scita. senatus consulta, decreta principum, respōsa prudenterum, quod ultimum uelut interpretatio est superiora rum, quod q profitentur, iurisconsulti nominantur.

Luctus.

Lvctus est dolor, qui exterius proditur uultu ipso atq; aspectu, saepē ille ipse habitus uultus atq; uestis luctus est.

Lues & pestis.

Lues & pestis in hoc differūt. Nam lues est genus morbi, corripiens siue solos homines, siue sola pē

ora, siue utrosq;. Interdum etiam si arbores & sata
corripuerit. Pestis uero aut cito occidit, aut cito abit,
que eadem dicitur pestilentia. Nonnunq; tamen pro lue
ponitur, atq; ad animi uitium sepe transfertur.

Latebræ & latibula.

L Atebræ hominum proprie dicuntur, latibula ue
ro ferarum. Luce & tenebris.

L Vce & tenebris pro die ac nocte accipere solez
mus. Differt tamen prima luce, à prima die. Nam
ibi intelligitur prima pars diei, & quasi diluculo, hic
autem prima dies. Ita primis tenebris & prima nocte.
Ibi de prima parte noctis loquimur, hic de ipsa nocte.

Lassus, laxus, lapsus, fessus, defessus, quid
inter se differant.

L Assum quod fatigatum est tam animo quam cor
pore. Laxum uero magis ad inanimata, que sunt
lenta, mollia, & flexibilia, non dura, ut laxi rudentes,
laxi funes, laxæ chordæ. Lapsus à labedo quod uel cor
pore, uel per translationem anima & opinione labitur.
Fessus. i. fatigatus, sed non in totum, defessus in totū fa
tigatus dicitur. Lubricus.

L Ubricus locus, id est, in quo nequeas sistere, nec
ingredi, ut herbe perfusæ sanguine, marmora leuigata,
lapides q; humore cōspersi, terra glaciata, & similia.
Inde per translationē adolescentia uocamus lubricam,
in qua q; sunt uelut in glacie facile labitur. Anguil
la quoq; congrus, murena, & similia lubrica sunt,

oculos etiam lubricos uocamus, quasi in lubrico possit
si sint, ut uix queant consistere.

Lamina & bractea.

L Amina tam ferrea, æneam, plumbcam, stannea,
quam auream, argenteam, electriam, aurichalcicam dicimus. Bractea idem significat, nisi quod sua sponte plicatilis tantum & tenuis.

Licitor, & liceor.

L Icitor à quo ueniunt licitans & licitatus, est frequētatiuum de liceor, quod præterito caret, significant enim ambo pretium differre in uenditione, quæ publice fit, & differunt in hoc, nam liceor est sine respectu aliorum emere uolentium, aut tantum semel deferre pretiū. Licitor uero cum multis & saepius auge preium, ut emere uolentes deterreas ab emendo. A liceor componitur polliceor, non multum à prima significatione dissidens, est enim polliceor, ultero ali⁹ quid promitto.

Lego & perlego.

L Ego & perlego differunt, lego quid sit notum est, Perlegere uero ad finem usq; legere. Simili modo differunt scribo & perscribo, fero et perfero, ut nec in tragœdijs, Leue est miseria ferre, perferre autem graue, id est, ad spacium temporis in miserijs esse leue est, usq; ad finem uero uitæ est graue. Item uigilo & peruvigo, nocto & pernocto, ago & perago, oro & per-

Peroratio. Nam perorare est finem orationis orare. Vnde de peroratio, orationis dicitur finis. Aliquoties perorare pro ipsa commotione affectus capit. Suadeo et persuadeo, à quo persuasio. i. opinio uel sententia quā nobis persuasimus.

Labo et labor.

Labo et labor ita differunt, q̄ labo est ruo. i. rea pente cado. Labor est sensim et deorsum eo, ut labuntur flumina, cœlum, angues, labuntur ab æthere pene, labuntur dij à cœlo, non labant. Labi quoq; dicuntur qui in lubrico imprimentes uestigia, ad terram deferuntur, non ruina, sed lentius et cum aliqua mora, tametsi nonnunquam lapsus pro ruina accipitur, transfertur autem de corporeis ad incorporea, et animus seu mens labitur. Elabor idem est quod periculū effugio, ut Vergil. Ecce autem lapsus Pyrrhi de cæde Polites. Labo primam breuem habet, labor uero longam.

Leuo, alleuo.

L Euo uno modo idem est quod sustollo, alio modo idem est quod alleuius, et molestiam laboreq; extenuo. Subleuo auxilium defensionemq; præsto. Alleuo de uno in alium leuo, nonnunq; alleuo ponitur pro subleuo, id est, imminuo, et extenuo, et nusquam in alio significato reperitur. Gemma.

L Apilli et lapides pretiosi omnes sub hoc nomine gemma continentur. Liberi,

Liberi liberorum singulare non habet, quoniā pro filijs capitur.

Murus & mœnia. M

Murus non solum urbis est, sed etiā munitio castorum. Mœnia pro muris accipi solent, & pro cedificijs urbis. Malleolus & sarmentum.

MAlleolus distat à sarmento, ut pars à toto. Est enim malleolus in modum mallei, rostrahabēs aptus plantationi. Sarmenta autem quando arefacta sunt, igniq; reseruata indifferenter uocantur.

Ministerium, ministeria, & mysterium.

M Ministerium in numero singulari proprio est ministri opera, sed pro omni operatione quoq; accipitur. In numero pluri solet accipi pro ministris. Mysterium uero græcum est, arcanā quædam res, et propriæ diuina, uiris tantummodo cognitum.

Marinus piscis, maritimum bellum.

M Arinum piscem dicimus, & auem, & uitulum, et lupum, & turturem, & turdum quoq; marinū, præterea aquam marinam, casum, periculum, sonum, fluctum marinum. Rursus etiā maritimam gentem, res bellum maritimum, non marinum. Item hominem, gentem, urbem, triumphum transmarinum.

Moratus & morigerus.

M Oratus qui optimis moribus est præditus, morigerus, obsequens & obediens, & facile morens gerens

Terens, & idem significat morigeratus participiū ex morigeror, quasi morem gero. i. obsequor & obedio.

Meritorius.

M Eritorius, a sum, res quae pro labore aut dignitate sua aliquid promeretur, & uenit a merito. Ex hinc meretrices dictae, quae pro suo labore aliquid merentur, & ob id legimus meritoriam tabernam, diversorum atq; hospitium mercenarium, quo cuicunq; introire licet danti mercedem.

Mollis.

M Ollis quando refertur ad hominem in uituperia um est, significat enim inconstantem & non fortem. Quando refertur ad alia, saepissime in laudem capit, ut molle opus. i. non durum & tractabile.

Munimenta & monumenta.

M Unimenta sunt munitiones castrorum & ceterarum rerum, que contra aduentum hostium minuntur siue uallo & fossa, siue alio quovis modo. Monumenta, sepulchra, statuae, tituli, libri, & cetera quae nos alicuius rei præteritæ moneant.

Mandare, præcipere, iubere, edicere, indi cere, quid inter se differant.

M Andare est cuius personæ cōmittere aliquid ad gerendum, id est, exequendū. Præcipere est præcepta tradere, quod tum magistrorū, tum magistratum & superiorum personarum est. Iubere idem est quod

H 2

imperare, sed iubeo cum duobus accusatiis construi-
tur, impero uero cum datiuo & accusatiuo. Hinc uenia-
unt iussa & imperia, primum semper iungitur cum ex-
equor & perago, iussa, ferè cum facio, ut facio impe-
ria. Iubeo aliquoties ponitur pro hortari, ut Teren. Iu-
beo Chremetem saluere. Edicere magistratuū, unde ue-
nit edictum. Indicere proprie est denunciare, ut indixi
bellum.

Moror & maneo.

M Oror & maneo idem est, quod expecto, sed ma-
gis poëtice quam oratorie, ut Ver. Te quoq; ma-
gnâ manent regnis penetralia nostris. i. expectant aut
futura sunt, sed secundum oratores, moror te, pro deti-
nente, & in mora teneo.

Migro, transmigro, immigrō,
decedo & excedo.

M Igro & emigro, demigro, commigro. Migrare
idem est quod domiciliū muto, relictā priore ha-
bitatione. Remigro autem reuertor in pristinum domi-
ciliū. Transmigro in longioris loci domiciliū, ha-
bitationemq; muto. Immigro in domum aliquam, ha-
bendi gratia eo. Migro etiam per translationem capi-
tur pro mori, nam qui moriuntur, domiciliū corporo-
ris relinquentes, aliò ad habitandum se transferunt.

Decedo. i. à loco mandato custodiæ meæ recedo. Vn-
de consules, proconsules, præsides, prætores dicuntur

ex

Ex prouintia decedere. Item praesidia de urbibus & castellis deceidunt. Et per translationem intelligitur promori, & semper intelligitur uita, sed in excedo semper additur uita, et non subintelligitur ille excessit est uita.

Mercor de te.

Mereor de te. i. aliquid transfero in te. Tu merearis de me. i. aliquid in me confers. Et inde benemeritus & male meritus. Emereor idem pene significat. Demereor. i. bene de aliquo mereor, sed cum accusatiis uos, ut Quint. Simul ut pleniore obsequio demeretur a mantissimos.

Mco iure.

M Eo iure idem est, quod mea autoritate, meaq; licentia, ac concessa mihi ab omnibus libertate, ut Cic. in rhetorica, Pro iure meo hoc dico. Vos eo me priuatis, quasi confidenter dico.

Mulier.

M ulier, ut Vlpianus ait quodā loco, est fœmina corrupta, Quod si ego me uirginē emere putarem, cum esset mulier, emptio non ualebit, sed aliquoties sub hoc nomine mulieris, & uirgo & corrupta inteligitur, quanquam raro & impropre.

Munus.

M Unus, ut Paulus iquit, tribus modis dicitur. Vno modo donum, altero onus, tertio officium. Vnde munera militaria, & quosdam milites munificos uocari scimus. A munus uenit municeps, & est is qui munera

113 FARRAGO ELEGANTI.

ciuilia capit, aut qui in codē mancipio natus est, sed proprie qui particeps muneric est. Abusue tamen dicitur municeps ciuis cuiusq; ciuitatis.

Maiores & patres.

M Aiores uocamus omnes, qui ante nos fuerūt praeter memoriam nostram, patres autem de proximis & tate semper intelligimus. Cic. in Sal. Ego meis maioribus uirtute mea praeluxi, ut si prius noti non fuerint, a me accipient initium memorie suae. Posteriores siue posteris sunt, qui post fuerunt ut Cic. Nec uero dubitauit agricola, quamuis sit senex, querenti cui serat, responderet diis immortalibus, qui me non accipere modo haec a maioribus uoluerunt, sed etiam posterioris prodeesse, unde patet quod posteriores & posteri pro eodem accipiuntur.

Nego & inficiar. N

N Ego & inficiar in hoc differunt, quod inficiar est uerbo negare, nego aut factio. Ab inficiar descendit inficias nomen, non habes nisi accusatiū plura īe, quod quidem nomen unicum cum eo, is, idem significat quod inficiar. i. nego, is inficias. i. negas, coinficias, id est nego, it inficias. i. negat, & sic de ceteris temporibus. Ab inficiar etiam uenit inficiator, & significat eum qui negat se uel debere quod actor petit, uel commisisse quod accusator obiectit, licet Nonius dicat inficiatores esse falsi criminis obiectatores, unde statius conjecturabis dicitur inficialis, in quo semper reus inficiatur, uel ins-

inficias it.

Natalia.

Natalia idem significat quod natalis, qui est dies natalitius, natales uero magis conditionem sanguinis ac familiæ, ut generosus natalis, tam accipitur pro nobilitate, quam pro ignobilitate.

Nutrire & alere.

Nutrire est puerorum ut crescāt, unde nutrices dicuntur, nutritijsq; qui curam habent infantū haerentiae, & adulorum ut uiuant. Alere potius est cogitatione & memoria. Tamen aliquando unum pro altero sumitur.

Nuncius.

Nuntius est. F. Pompeo teste, et qui nuntiat, et res ipsa quæ nunciatur, quamvis pro re quæ nuntiatur Seruius hoc nuntium dicat, quod nusquam repertū est.

Numen.

Numen significat non quidem nutū Dei, ut idē Seruius ait, sed potius imperium, eiusq; potestatem.

Necatus & nectus.

Necatus propriè ferro, nectus alia ui peremptus dicitur.

Næ.

